

Raphael Eglin


**Genealogia Dn. N. Jesu Christi, Ex Regia Davidis Stirpe Secundum
Promissionem Per Solomonis Lineam rectam evidentem & solide, previis solis S.
Literis**

Marpurgi: Kezelius, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746574657>

Druck Freier  Zugang





95

52^b.6.



Ja 1092 (95)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dithemi Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione preempitica Academia Genensie cum eo
descenderet idem Ditherrus.
3. Orationes inauourales Academia Guodunensis Patavoru.
Polyadori. Walai. Anno. 1620.
4. Thysii.
5. Hommii.
6. Sinapij.
8. Ravi Panegyria Orientalibz linguis Trajecti ditta. 1643.
9. Hier. Welleri Consilium de studio Theol. Rostoch 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Jone oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homulia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Chnsti Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Vinbu Liberi Arbitrii ep II. cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauen Domini gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. XII. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capiti Nad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribu testibz in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zachariana.
22. —. ad Hebr. XIII, 8. 1643.
23. —. ad Act. IV, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
 25. D. Hamelkenig de Persona Christi. 1645.
 26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoch. 1692.
 27. ———. Pars II. ———
 28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delecta Mamp. 1619.
 29. ———. Vano. per Europā Doctrina cum script. S. conformitas.
 30. ———. De Apostolici nominis causis.
 31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Vrang. Doctrina.
 32. ———. De Catholicismo Eccl. Evangelicae.
 33. ———. De Antiquitate Relig. Evangelicae.
 34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Finckium. 1606.
 35. ———. De Analogia seu proportione.
 36. Perzelius de S. Coena Stempforti 1602.
 37. Tossani Theses contra Evangelicos. ibid. 1605.
 38. Ravenspengeri Samson redivivus. ibid. 1619.
 39. Heyderi Ruae quæstionum Theol. Maynurgi. 1611.
 40. Eglani de Generaliōe Christi. ibid. 1608.
 41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
 42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Pecc. de Baptismo.
 43. ———. De Predestinatione. ibid. 419. Doctrina
 44. ———. ~~Compensationem pro peccatis~~ Doctrina
 45. Conradig Vorshig de Idolatria Pontificiorum in cultu Iuriani.
 46. ———. Iste Stempfort. 1608.
 47. ———. De Idolatria eorum in cultu sanctorum
 48. ———. In cultu Imaginum
 48. ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roeshii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Corradi Vossii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae
Gita. Hartmanni. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Graevae. 1646.
52. — De Anima Hum. Simplicitate. 1644.
53. — Deinde IV. Conclusionum metaphysicarum. 1646.

1. 8.
2. 3.
3. 11.
4. 24.
5. 29.
6. 2.
7. 2.
8. 38.
9. 24.
10. 39.
11. 4.
12. 4.
13. 4.
14. 4.
15. 4.
16. 4.
17. 4.
18. 4.
19. 4.
20. 4.
21. 4.
22. 4.
23. 4.
24. 4.
25. 4.
26. 4.
27. 4.
28. 4.
29. 4.
30. 4.
31. 4.
32. 4.
33. 4.
34. 4.
35. 4.
36. 4.
37. 4.
38. 4.
39. 4.
40. 4.
41. 4.
42. 4.
43. 4.
44. 4.
45. 4.
46. 4.
47. 4.
48. 4.
49. 4.
50. 4.

a - a	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A - C
A - B	16
35	A - C
B - 36	A - C
A - 00	A - C
A - C	A - C
A - 00	A - C
A - B	A - B
A - D	A - K
A - 00	51
40	24
128	24
72	20
A - 00	
A - D	
14	
16	
32	
A - G B	
A - C	
A - 00	
A - C	
A - C	
B - G 1	
A - D	

40.
37

GENEALOGIA

DN. N. JESU CHRISTI,
EX REGIA DAVIDIS
STIRPE SECUNDUM PROMIS-
SIONEM PER SOLOMONIS LINEAM
*rectam evidenter & solide, præviis solis S. Literis,
deducta,*

AUCTOR

RAPHAELE EGLINO
ICONIO, TIGURINO,

*S. Theologiae Doctore & in inclita Academia Marpurgense
Professore publico.*

Accessit eodem

ARBOR ORIGINIS ET COGNA-
TIONIS DN. N. JESU CHRISTI,
tabulâ seorsim expressa.



MARPURGI CATTORUM
Ex Calcographia Guolgangi Kezelii,

M, DC, VIII.

38.
39.
40.
41.
42.
50.
43.
44.
45.
46.

REGI REGUM,
DN. N. JESU CHRISTO,
ÆTERNO DEI FILIO,


SACROSANCTUM.

Hæc tibi votivam suspendo, CHRISTE, tabulam,
Virginæ qui de semine natus homo es
Qui lapsi abicissus manibus sine ab athere, sceptrâ,
Quâ Sol exit aquis, quâ cadit, Orbis habes;
CHRISTE Deus Patrum, PATRIQUE ante edite scælas;
CHRISTE Renatorum Rex, Caput, Immanuel;
Tum miâ tolle peccator Fide peccata Delictis:
Tum nova contrito viscera corde crea.
Te duce sequentem voti rem exuo sacrum:
Te duce latius tempora iungo mea.
Iam novum abjecto veteri tibi sergio cultus,
SANCIE PPER IESV, te propinqu, sequer;
Tum modo corde meo succresce tenellule IESV;
Errantem seruum tuum, require tuum;
Nec patiare tuo manibus rapiamur ab hoste
Sed moderare tuo voce pedes, gregi.
Sic tua Majestas toto splendescat in orbe,
Sic radix Jesse Gentibus imperites,
Conversa propria, post longa piacula, gentes,
Incor ovile unum Pastor ut unus oves.

R. EGLINUS P.

23. Augusti.

1607.



Clariss. Amplissimoq; V.

DN. HERMANNO VUL-
TEJO VVETTERANO, ILLU-
STRISSIMÆ DOMUS HASSIACÆ CON-

Gliario; Vicecancellario Academico Marpurgi; Jure-
consulto & Professore celeberrimo, Domino

& Patrono suo observando,

Salutem.



Uoties bonam illam professionem mecum
perpendo, amplissime & celeberrime Domine
Vicecancellarie, Patrone observande,
quam DN. N. IESUS CHRISTUS coram
Pontio Pilato Præside Romano nostri caussa testatam
fecit (perpendo autem mecum; quoties dignitatis Re-
gium & veritatis Propheticum atq; Sacerdotale munus
ejus animo complector) simul pectori prorsus insidet,
non tam quòd interrogatus, *An igitur Rex es tu?* Pilato
respondit: *Tu dicis me Regem esse.* more gentis ex ore
ejus quæsitū affirmans: quàm quòd addidit: *Ego in hoc
natus sum* (nempe in Regem, ac ut nullum dubitationis
vestigium relinqueret, adjecit) *Et in hoc veni in mundum,*
ut dem testimonium veritati. Quæ sanctissimæ professionis
verba ideò S. Paulus ad beatum & solum illum Princi-
pem, Regem Regum, & Dominum Dominorum em-
phaticè

A 2

phaticè

PRÆFATIO.

4
phaticè refert, 1. Timoth. 5. v. 13. ut hoc ipso Timotheum suum obtestetur, ut præscripta sibi mandata seruet maculæ & culpæ omnis expers: quippe huic uni Regum Regi, ac omnium judici redditurus rationem, cum illustrem adventum suum ostendet temporibus suis.

Hæc cum ita sint, demirari satis non possum non tam Judæos pridem jam tum personam, tum munus Christi, præfertim Regium, elevantes, ac blasphemantes (quò nomine etiam Solomonem, mero odio Christi, *Mamzer*, hoc est scorti filium vocant) quàm quodè nostris hominibus nõ desint, qui Regiam Davidis lineam per Solomonem ad Christum defluere negent, eamq; in Nathanis stirpem perperam (uti docebimus) transferant: non solùm veterum unanimum consensus hac in parte exauctorantes, sed etiã judæis ultrò id gratificãtes, quod illi magno mercentur, nempe, ut Genealogiã Christi ex alia, quam promissionis linea Regia, contra quàm oportet, derivemus.

Etenim, ut quasi prælibando hæc breviter attingamus, quomodo D. N. NOSTER ex alia, quàm ex Solomonis linea Regia nasci in Regem potuit, si quod dilertè Apostolus habet, Act. 13. v. 23. ex semine Davidi SECUNDUM PROMISSIONEM excitari debuit, De Solomone enim promissio habetur, ejusq; stirpe, *suscitabo semen tuum post te quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius.* 2 Sam. 7. v. 12. 1. Par. 28. v. 5. & cap. 29. v. 1. Unde dilertis verbis mentio sit promissionis Davidi factæ, de non abolenda lucerna Regia (nèpe ex Solomone deducta) tum sub Roboam, 1. Reg. 11. v. 36, & 15. v. 4. tum sub
Ioram

Joram, 2. Reg. 8, v. 19. 2. Paral. 21, v. 7. Aut igitur prærogativam dignitatis Regiæ alteri, quàm Solomoni ex omnibus filiis David uspiam promissam esse ostendendū eis est: aut fatendum in Nathanis lineam non magis debuisse aut potuisse transferri, quàm ad Adoniam regnum pertinuit: ac proinde ante Messix adventū Solomonis lineā nequaquam abolitam esse: quod nos excolatione locorum sacre scripturæ, & necessariis inde depromptis argumentis, cuius non contentioso abundè probabimus, frustra Ocholia & lechonia nobis oppendentibus.

At enim promissionem Solomoni cum conditione factam regerunt, dicente Domino, 1. Paral. 28, v. 7. *Et firmabo regnum eius usq; in aeternum. SI PERSEVERAVERIT FACERE precepta mea & judicia, sicut & hodie.* Esto, regnum cum conditione promissum sit, sicut ad ipsummet Solomonem Deus, 2. Paral. 7, v. 17, inquit *Tu quoq; si ambulaveris coram me, sicut ambulavit Pater tuus, & feceris juxta omnia qua precepi tibi, & justitias meas, judiciaque servaveris: suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum David Patri tuo, dicens, Non auferetur de stirpe tua vir, qui non sit Princeps in Israel.* At verò quid hinc sequitur? Anne propterea defecit stirps Solomonis Regia, etsi regni principatus tandem desit? Non ita Dominus, sed addit: *Si autem aversi fueritis & dereliqueritis justitias meas & precepta mea, qua proposui vobis, & abeuntes servieritis diis alienis & adoraveritis eos: Evellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctifica vi nomini meo, projiciam à facie mea, & quæ sequunt: quib⁹ exiliū eis & destructionē urbis minatur, non excidiū & deletionem stirpis, licet à*

PRÆFATIO.

sceptro Regio depulsa, in Ducatum post Babylonicam captivitatē verterit. Exemplo res perspicua fiet. Promissio terræ Chanaan toti populo Israelitico nō nisi sub conditione facta fuit, ut si in viis Domini incederent inhabitarent eam: sin secus exterminarentur ex ea, nec solum decem tribus, sed etiam domus Juda. At verò hinc non sequitur, populum Israeliticum penitus excisum esse, aut populum Dei esse desisse. Pari modo si vel maximè propter Solomonis transgressiones ejus posterità gradu Regio in exilium missi sint: ac nemo post destructam urbem in Regiæ dignitatis fastigium amplius evectus sit, non tamen ideò consequens est stirpem Solomonis Regiam, licet Principali nō autem Regia dignitate postmodum fungentem, penitus excisam esse, ejusve jus in Nathanis lineam translatum fuisse.

Causa est, quia Deus expressè promisit, se misericordiam suam à Solomone non ablaturū, sicut abstulit à Saul, quem amovit à facie sua, quæ de regni successione dicta esse, & stirpe ejus liquet, ex oppositione Saulina, ut de æterna salute jam nihil dicamus. Quin, si iniquè aliquid gesserit, arguam eum (inquit Dominus) in virga virorum, & in plagis filiorū hominum, 2 Sam. 7. v. 14. & 15. Quomodo? nempe, ut se per Prophetam Ahiam explicat, cū inquit: Et afflegam semen David super hoc (De peccato Solomonis & ejus posteris ex femine Regio Solomonis agitur.) VERUNTAMEN NON CUNCTIS DIEBUS. 1. Reg. II. v. 39. Hinc ibidem v. 36. inquit: Filio autem ejus (nempe Solomonis Roboamo) dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo CUNCTIS DIEBUS coram me in Ierusalem civitate, quam elegi, ut esset nomē meum ibi. Hinc etiam

P R A E F A T I O.

etiam 2. Sam. 7. v. 6. testatur: *Et fidelis erit domus tua & regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam. & thronus tuus erit firmus jugiter.* Quæ omnia linea Regiæ respectu dicta esse, quæ per Solomonem propaganda fuit, nemo non videt, nisi qui nihil videt.

Quomodo igitur misericordiam suam à Solomone, quo ad regni successionem, non dicitur Deus abstulisse æquè, ac à Saule, quem amovit à facie sua, deleta tandem omni eius stirpe, si Regiæ dignitatis prolapsa Salomoniaca æquè interciderit, atq; Saulis, & ante Messiaæ adventum, cuius typum gessit, est abolita? Imò quomodo non mutationem divinæ voluntatis secum trahet, si non castigaturus Deus semper eius posteros & rursus abolevisse eius stirpem penitus, dicatur? Quomodo item domus David ratione Solomonis eiusque stirpis (quæ semen & domus David καὶ ἐξοχὴν in Scripturis dicitur) firmata est jugiter, si typus non recto tramite decucurrit ad corpus, hoc est ad Messiam, ex Regia Solomonis linea oriundum?

Apparet igitur vel doctissimos παραλογισμῶν τῶ ἐπομένῳ deceptos esse, qui cùm civilem regni terreni administrationem conditionalem fuisse cernerent, statim putarunt, etiam stirpis Regiæ per Solomonem propagationem merè fuisse conditionalem, perinde ac si Christus non ex ea linea, cui soli promissio facta est, in Regē nasci, licet non terrenū, sed cœlestē debuerit. Atq; spiritalis regni Christi successio in Regiā Solomonis lineā carnalē ita cū stirpe eius devincta est, ut ex divini decreti beneplacito pendēs ad dona Dei ἀεταμέλητα, donorū-
 & omniū principē Messia pertineat, quo fit ut nefas sit

eam vel à Solomoni lapsu vel ejus posterorum peccatis
 illatenus suspēdi. Itaq; usq; dum veniret Schilo, in quo
 promissio est completa, interire stirps regia secundum
 promissionem soli Solomoni factam, neutiquam po-
 tuit: licet regio dignitatis fastigio, quoad carnalē scep-
 tri administrationem spoliari, ac tandem ad extremum
 humiliari potuit.

Ex his efficitur, quantumvis castigatio tum in So-
 lomone, tum in Roboamo Filio ejus præcipuè cœpit,
 sub quo decem tribus defecerunt, & duravit usque ad
 captivitatem Babylonicam; postea etiam ipsa dignitas
 Regia ad principatum Ducatus in Zorobabele ex Pha-
 daja recidit, ac tandem ad Legislatores devenit, donec
 omnibus è medio sublatis, strata est via Legislatori, Du-
 ci & Regi cœlesti: tamen ex ipso quantumvis sicco
 trunco Isai, ex lumbis Davidis SECUNDUM PROMIS-
 SIONEM CHRISTUM Regem gloria, hæredem pater-
 ni regni ex virgine Regia Solomoniaca in Regem na-
 tum esse: Linea Regia per Solomonem ad ipsam de-
 currente, ita ut etiam hac in parte Davidis benificenti-
 as firmas Deus nobis ostenderit, ut Christus in omni-
 bus primas teneret: licet ipsius Regnum, ut pote veri
 Dei a hominis, omniumque Iudicis, non sit de hoc
 Mundo, sed melioris substantiæ, ut dictum est.

Hæc mihi causa potissimùm fuit, amplissime Do-
 mine Vice-cancellarie, Patrone observande, cur post
 tot Theologorum uberes messes, ego in hanc inclytam
 Academiam, veluti in agrum fertilissimū Booz, trās-
 latus, cum Ruth Moabitide, Spicilegium hoc instituerim, uti
 spero

P R A E F A T I O

spero, Domino Messis haud invito: partim ad familiae heriscundæ jus in Genealogia Domini & Servatoris Nostri, qui factus est frater noster, exactius perscrutandum & veluti recognoscendum: partim memet in cœlestis Booz familiam magis magisq; insinuandum.

Quia verò non defuturos reor, qui hæc non alia de caussa arrosuri sint, quàm quòd insanabile maledicendi cacoethes nonnullos tenet; vel quia multi sua mordicus defendere certant, nec nisi domi nata pro genuinis agnoscunt, qui quasi ad stateram sic ad arbitrium suum veritatis sententiã exigunt; vel deniq; quia inveteratas & ab aliis temerè haustas opiniones nò pauci divinis hypothesebus & postulatis longè anteferunt, non uno nomine ad eundem mihi fuit arbiter & patronus tã intelligēs, quàm pollens, qui exulcerato hoc seculo sua auctoritate vel defenderet rectè dicta, vel minus rectè posita sua emendaret prudentia (quis n. ita Suffenus est, ut sibi soli placeat? sibi soli plaudat?) interea tamen pro æquanimitate sua idem meū studiū contra Sycophantarū morsus & aculeos, haberet sibi commendatum.

Eum, vir amplissime, juxtaq; consultissime, in te uno me habiturum omnino inter omnes eximium, quis nescit, nisi qui VULTEIOS nescit? Modò ad hæc nostra quantumvis de rebus maximis non maxima, oculos animumq; advertere dignatus fueris. Equidem ex quo tibi à Nobiliviro, DN. GUILHELMO STUCKIO, Tigurinorum doctorum Theologo primario, nunc quidem magno cum patriæ meæ, totiusque Ecclesiæ Christianæ detrimento, beatè in Domino defuncto,

B amico

amico tuo hæreditario, meo verò Præceptore & Patro-
no æternùm colendo, commendatus, omnẽ non modo
favorem, & benevolentiam, sed etiam beneficentiam,
in me meosq; persenti tuã, adeo ut de egregia in me vo-
luntate tua dubitare nefas ducam: de hujus etiã disser-
tatiunculæ tutela fidenter præsumam. Taceo quòd ita
omnium in te oculos & ora converteris, ut unus habe-
aris juris tã divini quàm humani facile princeps, adeo-
q; in Theologico hoc studio nostro omne punctum tu-
lisse videaris: quo in stadio (ut ex te audire memini) tibi
consenescere & conquiescere volupe.

Suscipe igitur à cliente per exiguo mun^o in se qui-
dem argumenti dignitate & pondere haud exiguum,
sed tamen mea cultoris inopia ejusmodi, quod nisi abs
tuæ amplitudinis patrociniò splendorem accipiat, fa-
cile in capsa, inque obscuritatis situ (ut & alia) apud
me delitescat. Qualecunq; tamen est, id simul cum au-
ctore commendatum quælo habere perge. Dominus
J E S U S, æternus Dei Filius, Princeps ille Regum ter-
ræ, qui lavit nos à peccatis nostris per sanguinem suum
& fecit nos Reges & Sacerdotes Deo & Patri, sanctifi-
cet nos totos, teq; ad emolumentum illustrissimæ Do-
mus Halliacæ, Ecclesiæq; & Academiæ hujus ornamen-
tum in longam ætatem salvum & incolumem præster,
Amen, Marpurgi prid. Cal. Octob. 1607.

T. Amplitudini
deditissimus
Raphael Eglinus Iconius.

DN. N. JESU CHRISTI
EX REGIA DAVIDIS STIRPE SE-
CUNDUM PROMISSIONEM PER

Solomonis lineam rectam evidenter & soli-
dè, præviis solis S. Literis, de-
ducta.

Divinissimè Beatus Paulus, Doctor ille Gen-
tium, ut omnia, de Christo filio Dei, di-
stinguens ejus divinam & humanam natu-
ram, *Facto* (inquit) *ex semine Davidis* SECUN-
DUM CARNEM, Rom. 1. vers. 3. Itemq; Rom. 9. vers. 5.
Quorum sunt Patres (inquit) *& ex quibus est CHRISTUS.*
quod secundum carnem: existens super omnia Deus benedictus in
secula, Amen.

2. Quod ad Deitatem ejus attinet, in veteri
quidem Testamento tum alibi, tum Esa. 53. vers. 8. *Ge-
nerationem ejus* (inquit Propheta) *quis enarrabit?* loquens
de æterna generatione, quã loca sequentia confirmant.
Proverb. 8. vers. 22. *Dominus possedit me ab initio viarum*
suarum, antequam quidquam faceret à PRINCIPIO. Et
Michæ 5. vers. 10. *Egressus ejus AB INITIO à DIEBUS*
SECVLI, id est ab æterno, si verba conjunctim posita at-
tendas.

3. In Novo Testamento luculentè Ioannes cap. 1. v.
1. eadè Principii voce adhibita, qua usi sũt Prophætæ, *IN*
PRINCIPIO erat verbũ (inquit) *& verbum erat apud Deum &*
verbum erat Deũ. *IN PRINCIPIO* (inquã) *verbum erat apud De-*
um, intelligēs ante õnes res creatas, de quibus agit, *τὸν λόγον*

B 2

hypostaticè

hypostaticè extitisse ac unum eundemq; cum patre verū Deum Iohovam esse, quia est PRIMUS ET ULTIMUS, Apoc. 1. v. 17. ideoq; ut est Esa. 48. v. 13. *Manus eius fundavit terram, & dextera eius mensa est caelos:* quo sensu & D. Iohannes: *Omnia (inquit) per ipsum facta sunt & sine eo factum est nihil, quod factum est,* Ioh. 1. vers. 3. *Cuius manuum opera sunt caeli,* Heb. 1. vers. 2. & 10. Quae simul collata cū Nehemix 9. v. 6. ubi dicitur; *Tu ipse Iehova,* Tu solus fecisti caelum: necessariò evincūt τὸν λόγον Dei filiū distinctū à Patre una cum Patre & Spiritu sancto, eundem aeternum & solum verum illum Deum Iohovam esse, oppositū omnib⁹ fictitiis & fictitiis Diis, de quibus dicit: *Di qui caelos & terram non fecerunt, pereant de terra,* Jer. 10. v. 11.

4. Rectè igitur τὸν λόγον cum Patre & Spiritu sancto unū eundemq; verum Iohovam adoramus, qui ab aeterno à Patre genitus est, à quo procedens Spiritus sanctus hypostaticè remeat ad patrem, ut à Patre procedens meat ad filium, tres inquam distinctæ Hypostases divinae, & una sola eademq; numero Deitatis infinita ac impartibilis Trium essentia, qui est unus ille verus Deus Israel, benedictus in secula, secundum illud: *Audi Israel Dominus Deus noster Deus unus est,* Deut. 6. v. 4.

5. Hinc p̄ similitudinē Apostolus Heb. 7. v. 3. Melchisedekū cōparat filio Dei, analogia quadā, dicēs: *sine Patre sine Matre, ἀγενεαλόγητος* [q̄ est sine genere, q̄a nihil horū de eo extat] *nec initium dierum, nec vitae finē habēs. &c.*

6. Quòd ad humanā naturam Christi atinet, idem εἰς λόγον secunda Trinitatis ὑπόστασις ab aeterno p̄ Patris generationē subsistens in plenitudine tēporis, conceptione per

ne p̄ Spirit^o sancti opationē effecta, in utero intemera-
to beata virginis, absq; virili femine, verus & nobis abs-
q; peccato per omnia similis homo factus est, assumpti-
one animæ & corporis in unam & eandem hypostasin
τὸ λόγῳ, idem Regia stirps Davidis secundū p̄missionem
ac p̄inde ex linea Solomonis recta natus, Act. 13. v. 23.

7. Sic enim dicimus verbum p̄missionis accipi-
endum, quemadmodum Deus loquit^o est per Prophe-
tas, quomodo etiam de Joas dictum est, 2. Paral. 23. v. 3,
quā nō tantū simpliciter p̄nunciatur, *Filius Regis regna-
bit*, sed etiam additur: *sicut loquutus est Dominus super filios
David*, nempe ut intelligamus Joas ex Solomone non
ex Nathane oriundum fuisse propter p̄missionem,
quæ soli Solomoni facta est, contra aliorum falsam hy-
pothesin, quā de re postea fusè agetur.

8. Nec verò tantū stirps Davidis est, sed & semen
Abrahæ Patris credentiū, in quo benedicuntur omnes
gentes, imò semen illud p̄missum mulieri, quod con-
trivit caput serpentis, cōmunis generis humani Ser-
uator, originem suam à primis repetēs Parentibus, quo
nomine Evangelista Lucas ad Adam & ad Deum usque
ascendit, Luc. 3. v. 23, 38.

9. Ut igitur de nativitate Regia Domini & Serva-
toris nostri JESU CHRISTI, deq; vera eius Genealogia
secundum p̄missionem nobis rectius cōstet, suscepta
est nobis hæc lucubratio, quæ non parū lucis spero, post
multorū intricatas cōmentationes, historiæ Evangeli-
cæ & Prophetiis V. testamenti addet, partim ad nostræ
fidei confirmationem, partim ad edomandam Judæorū
pervicaciam.

10. Nec enim existimare debemus tam sollicitè Spiritum sanctum tribuam distinctionem usque ad Messiaë adventum conservasse, vel à binis Euangelistis duplicem Genealogiã Christi frustra pertexi voluisse, donec is innotesceret Mundo, abolito tandem Levitico Sacerdotio, nisi hæc ad salutis nostræ certitudinem plurimum facerent.

11. Petimus igitur ante omnia, ne cuiusquam præjudicio premamur, nec prius temeritatis, aut novitatis studio damnemur, quàm quid rectè quid secus post alios asseruerimus, quidque novum vel vetus sit, ex ipsa hujus Quæstionis cum sacra Scriptura Symphonia perspectum sit, quò & Patrum consensum post Scripturas revocamus, quippe cùm Spiritus Prophetarum secundum Sacras Literas semper Prophetis subjiciantur.

12. Itaq; non tantùm demonstrare in genere habemus, Christum filium Davidis esse, quod ubique ex S. Literis patet, fed etiam quòd ex Regio sanguine secundum rectam promissionis lineam per Solomonem descendat, corpore respondēte umbraë secundum eiusdem tramitis decursum, propter prærogativam dignitatis Regiæ divinit⁹ ex omnibus Davidis filiis soli Solomoni attributam, ut est 1. Paral. 28. v. 5. & cap. 29. vers. 1. Itemque 2. Sam. 7. vers. 12. &c.

13. Hoc enim perspectum habere non parum nostra interest, quandoquidem aliàs non intelligemus, quomodo secundum promissionem Christus in Regem sit natus, quod tamen Christus ipse, testimonium
veritati

DN. N. IESU CHRISTI.

h

veritati perhibens. coram Pontio Pilato profitetur his
verbis, EGO IN HOC [nempe in Regem] NATUS
SUM, &c. unde in omnibus primas tenet, quæ ei jure
Regio debentur.

14. Esto Syllogismus Princeps hujusmodi:

Quicumque secundum promissionem, pro ut Deus
loquutus est per os sanctorum à seculo Prophetarum e-
jus, è femine Davidis excitatus est Servator, is non nisi
ex Regia Solomonis linea, [quippe cui soli promissio
facta est] descenderit oportet. Talis est Jesus Christus
DN. N. ex Maria virgine natus, verus Immanuel, &c.
Ergò. &c.

15. Major per se nota esse debebat omnibus. Nam
cum soli Solomoni, nec ulli alteri ex omnibus filiis Da-
vidis promissio regni facta sit, nec aliam ob causam tot
durantibus annis Deus subinde lucernam regiam con-
servavit, quomodo non, qui secundum promissionem
Servator excitatus est ex femine David, ex Solomonis
linea Regia ortus sit? Hæc enim se mutuò ponunt &
tollunt.

16. At propter eruditorum nonnullorum erudita im-
pedimenta factum est, ut missa minore propositione, de
qua propriè contra Judæos agendum erat, τὸ κεινόμενον in
majore propositione collocare necesse habeamus, Judæis
non prius manus daturis, nisi majorē S. Scripturæ cōso-
nā ostēderimus, ut ita ὑποθιμάδων ipsos cōvincamus. Sūt e-
nim populus ille per nos Christo lucrifaciendus, Rom. xi.

Conclu-

17. Conclusionis nostræ medium extat. Luc. 1. vers. 69. his verbis. *Erexit nobis cornu salutis in domo David pueri sui: Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum ejus, item Act. 13. v. 23. Hujus è semine SECUNDUM PROMISSIONEM excitavit Israeli Servatorem Iesum: voce excitandi de more scripturæ pro constituere sumpta, sicut ibidem: Et amoto Saule excitavit eis David Regem. Deniq; Mediū conjungi debet cum verbis Christi, quibus se in Regem coram Pilato natum esse p̄tetur, utiq; secundum promissionem ex linea regia, quam esse Solomonis dictum est, quippe cui soli promissio facta est.*

18. Excipiunt adversus majorem: stirpẽm Regiam in Ochozia defecisse & Ioasum ex linea Nathanis in eam successisse: postea verò in Iechonia fastigium Regium sublatum esse. Contra alii, qui in Ochozia stirpẽ Solomonis defecisse nolunt, in Iechonia simul & stirpẽ & regnum sublatum volunt, ita ut Schealtielem non Iechoniae filium genuinum, sed unum ex posteris Nathanis statuunt, inq; regiam Solomonis lineam propinquitatis jure successisse contendunt. Interim tamen Dei promissionem nihilominus Davidi mansisse ratam ajunt in posteris Nathanis, licet non per lineam Solomonis.

19. Hæc ut efficiant, non dubitant distinctas genealogias Christi, unam à Solomone, alteram à Nathane (quarum illa Naturalis, hæc legalis est) inter se confundere, & nunc ex illa in hanc, nunc ex hac rursus in illam transilire. Deniq; quod contra omnem scripturæ morem

morem, contra omne jus Genealogicum est, permulti non dubitant lineam Legalem, quæ apud Lucam pertinetur, in Iosepho tanquam Heli genero, Mariæ autem virginis germano patre terminare; ita nihil nõ pro impugnanda Solomonis linea regali est attentatum.

20. Respondemus igitur in genere, quicumque Christum Mariæ filium ex linea Nathanis derivant, sive Joasum sive Schealthielem ex ea successisse in lineam Regiam Solomonis velint, sive Mariam matrem Domini ex posteris Nathanis simpliciter statuunt, unde Christus ortum ducat, illos Christo dignitatem Regiam secundum promissionem & primas prærogativæ soli Solomoni tributæ quantum in ipsis est adimere, & ita tacitè quodammodo negare Christum in Regem eo jure, quo in omnibus primas tenere debuit, esse natum.

21. Hoc ut refutemus cõmentũ, primũ paucis priorib⁹ occurremus: deinde posteriorib⁹ suo loco seorsim satis faciemus. Quoad priores igitur, etsi hæreditario jure proximus agnatus in demortui fratris locum succedit, tamen singulari Dei cautione in populo Dei provisum fuit, ut propterea familiæ non confunderentur. Debuit igitur proximus agnatus non simpliciter in demortui fratris locum succedere: sed ei suscitare semen, quod de nomine illius, cui suscitabatur, appellandum fuit, scilicet quoad primogenitum, ut Lex disertè habet, ne abolerentur familiæ & confunderentur hæreditates & possessiones.

22. Itaque quærendum est à Nathanistis, si Joas Ochoziæ vel Salathiel Iechoniæ ex linea Nathanis in

C

demor.

demortuam Solomonis fratris lineam Regiam successerunt, quodnam suscitariint ipsi demortuo fratri semē, quod de nomine illius appellaretur secundum Legem? aut si ipsi sunt illud semen, quod Solomoni fratri suscitatum est, cur ambo vivi vivis Ochonia & Iechonia suscitati sunt, quippe quorum temporibus jam extiterunt?

23. Hac unica *versāō* labefactantur omnia, quacūq; isti sive de Ioas sive de Salathiele ex linea Nathanis traductis in lineam Solomonis Regiam non modò præter S. scripturam, sed etiā contra S. Scripturā temere sibi sumūt, ut postea dicem⁹, Lege de successione in fratris demortui locum longè aliud postulante nec Jeremiæ cap. 22. nobis quidquam adversante, ut infra dicitur.

24. Iam verò clarè ostendemus neq; sub Ochonia neq; sub Iechonia defecisse Solomonis stirpem Regiam, cum ad illa loca perventum erit; Quod si etiam tunc defecisset Regia linea recta: non tamen tota stirps Salomonis reliqua ex tot Roboami, tot Abiæ filiis, quorum nepotes & abnepotes innumerè prolem propagarunt, illis temporibus abolita statui posset, ut ad Nathanis lineā transeundum fuerit.

25. Quod autem de Salathiele & Zorobabele afferūt quasi unus & idem à D. Luca & D. Matthæo exprimat, & per consequens genealogiæ permixtæ sint, id secus est, cum D. Lucas nullam generationem omittēs è Salathiele patre Zorobabelem filium immediate producat: contra S. Matthæus necessariò Zorobabelem suum ex Phadaja genitum præsupponat: licet Salathielem

lem avum ut celebriorem exprimat, quia sic 1. Paral. 3. v. 19. in linea naturali Regia Solomonis demonstratur, Salathielem, qui successit Iechoniae, genuisse Phadajam, Phadajam verò Zorobabelem, ut infra clarè ostendem.

26. Negamus igitur promissionem Davidi factam in Solomone, per posteritatis Nathanicæ successionem completam esse, multò minus concedimus beatam virginem Mariam fuisse ex Nathanis stirpe, nisi velimus Iosephum non ex sua familia naturali sed contra Legem conjugem duxisse, cōtra quā paulò post perspicuū fiet.

27. Quid? quòd tot expressi S. Scripturæ Loci extant, lucernā regni in linea Regia pmissionis Davidi in summis difficultatibus subinde esse conservatam? ut est 1. Reg. 11. v. 36. & post. Item quod Deus expressè testatur *se non cunctis diebus semen Davidis propter delictum Solomonis puniturum*, ibidem v. 39.

28. Ubi sunt igitur hierocritici nostri, qui vel abolitam vel privatam mansisse volunt stirpem Solomonis propter ejus peccata, cū contrarium S. Scriptura pfitetur, congruenter ad illud, *Non auferam misericordiam meam ab illo*, 2. Sam. 7. v. 15. Psal. 89. 34. Quomodo? Nempe non semper castigando, ut supra dictū est, Itaq; falsum est propter ipsum defecisse lineā Regiam, cui maximè propter nasciturum ex ea Messiam Deus propitius esse voluit.

29. Sic Abiæ tempore, qui fuit nepos Solomonis licet & ipse defecisset à Domino, tamen 1. Reg. 15. v. 4. expressè additur: *Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Ierusalem, ut suscicaret filium ejus post*

um, & statueret ierusalem &c. Ubi patet quid sit dare alicui lucernam, nempe dare ei filium: cui apponitur extinguere lucernam vel scintillam alicujus 2. Sam. 14. v. 7.

30. Eodem modo de Joram filio Josaphat legitur, 2. Reg. 10. v. 19. & 2. Paral. 21. v. 7. his verbis: *Noluit autem Dominus disperdere iudam propter David servum suum sicut promiserat ei, ut daret ei lucernam & Filius eius cunctis diebus.* En promissionis verbum in filiis Davidis per regalem lineam Solomonis succedentibus cunctis diebus stabilitum!

31. An verò propter Joram solùm hæc in maximo periculo repetita est promissio, an verò etiam propter Jorami posteros: Certe etiam propter posteros non autem propter illum solum. Itaque cum in quinta generatione salva manserit promissio, quo minus Deus exciderit Solomonis lineam, cur de Ochosia Jorami filio statuemus vel demum posterius sub Iechonia lineam in eis regiam defecisse & lucernam promissionis, quasi Deum promissionis pœnituisse extinctam esse. Quæ hæc præsumptio?

32. Quin imò cum Deus parentum peccata extra tertiam & quartam generationem propriè punire non soleat, ut est in secundo præcepto, quod multa exempla S. scripturæ demonstrant, Deus autem promiserit non semper se afflicturum semen Davidis propter delictum Solomonis, quomodo igitur dicendum erit in sexta demum vel posteriore generatione Deum regiam lucernam propter peccata Solomonis extinxisse?

°Sic

33. Sic propter peccata Manassis excisa est Jerusale-
 lem in quarta generatione; at Iechoniae in captivitate
 Babylonica Deus est placatus, nec ultra quartam gene-
 rationem ira Dei se extendit, ut videre est, Ierem. 42.
 vers. 10. *Iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis.*

Quibus adde, quae habentur apud eundem cap. 30. 31. & 33.
 34. Ex his efficitur etsi genus Regium affligi potuit,
 & sceptro ac dignitate regia spoliari; tamen non prop-
 terea cessasse aut defecisse lineam regiam, quippe cum
 Rex Iechonias *una cum femine suo* sit projectus in terram
 alienam, Ierem. 22. vers. 28. & sterilis scriptus sit non
 quo ad liberos simpliciter, sed quo ad regnum, ne ulli
 ex eius liberis posthac sederent in Soglio Regio, digni-
 tate deinceps in Ducibus residente, qualis etiam com-
 minatio facta est Ioachino, Iechoniae parenti, Ierem. 36
 vers. 30.

35. Proinde inscitia est, velle propter peccata So-
 lomonis lineam ejus regiam abolere & in lineam Natha-
 nis transferre, fortasse nihilo Solomone melioris, ex
 eadem quidem matre geniti; quae omnia praeter & con-
 tra omnem S. Literarum auctoritatem, (quae longè a-
 liud profitentur), militare infra de monstrabimus.

37. Haec paucis problematis nostri assertioni praemittere libuit, quod minus aliorum premeremur praedicio. Nunc ad rem ipsam aggressuri duas hypotheses ex S. Scriptura desumptas pro fundamento declarationis nostrae, cum totidem postulatis, verbo Dei consentaneis subternimus, unde toti quaestioni nostrae faciem mutuabimur.

38. Prior Hypothesis nobis necessaria ad id, quod intendimus est, de non commiscendis tribubus, tum propter Messiam, tum propter hæreditates, ne abalienarentur, quibus confusis non potuissent tribus conservari usque ad Messiam distinctæ.

39. Itaq; oportuit Israelitas non modò non extra suas tribus vel dare nuptum vel accipere: sed nec extra suas in quaq; tribu familias easque proximas, exceptis Levitis, quibus nulla certa terræ portio admodum reliquarum tribuum sortitò obtigit, qui tamen & ipsi Legē observarunt, nisi cum ex tribu Juda conjuges duxerunt, fortasse propter æquiparationem dignitatis Regiæ & Sacerdotalis.

40. Quod si David Michol ex tribu Benjamin (quæ tamen non frustra sterilis apud Davidem mansit) & Joram ex Achabi familia duxerunt uxores, non laudantur: unde Josaphato & fœderis contractio cum impio exprobratur: nisi imperio Saulis David adact^o est, vel singulari Dei privilegio Michol duxit. Interea tamen nulla facta est hæreditatum confusio aut translatio bonorum cum uxoribus.

41. Lex hac de re extat, Num. 36. v. 7. his verbis: *Ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent uxores de tribu, & COGNATIONE SUA. Et cunctæ femina de eadem tribu maritos accipient, ut hæreditas maneat IN FAMILIIS; nec sibi misceantur tribus, sed ita maneat, ut à Domino separate sunt.*

42. Mandatum hoc expressè utrumq; continet, primum ut nemo extra tribum nubat vel nuptum accipiat:

at:

at: alterum, ut nemo extra familiam & cognationem suam, ne dissipentur hæreditates.

43. Hinc factum est, ut & ipsa proximitas graduum observata fuerit, ut expressis Scripturæ patet documentis. Et ne quis putaret non omnibus in commune & sæper Legem fuisse observandam, expressè additur: *Eritq; filius Israël sanctum Lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi.*

44. Exemplo lex manifesta fit in filiabus Salphaad, quarum occasione illa fuit lata, ut est Num. 36. v. 11. in hæc verba: *Feceruntq; filie Salphaad, ut fuerat imperatum, & nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa FILIIS PATRUI SUI de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa mansit in tribu & FAMILIA Patris earum.*

45. Sic ante Legem Amram duxit uxorem Jochabed patruelem suam, Exod. 6. v. 20. & post Legem Othoniel filius Cenez fratris Caleb duxit Axam filiam patris sui capta Cariath-Sepher, Ios. 15. v. 17. Et Roboam duxit filias filiorum David tuorum Patruorum. 2 Paral. 11. v. 18. 20. idem de filiabus Eleazar videre est. Par. 23. v. 22. his verbis: *Mortuus est autem Eleazar & non habuit filios, sed filias: acceperuntq; eas filii Cuius fratris earum, Cui n. frater germanus fuit Eleazari; cuius filii cum filiabus Eleazari fuerunt patruales, quos (sicut consobrinos quoq;) scriptura de more vocat fratres.*

46. Altera hypothesis, quam nostræ sententiæ fundamento subternimus, est lex de semine suscitando defuncto fratri, qui absq; liberis decessisset. Ea extat Deut. 25. v. 5. in hanc sententiã: *Quando habitaverint fratres*

fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius (Loquitur hic de agnatis proximis) & suscitabit semen fratris sui, & primo-genitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen eius ex Israel.

47. Hæc Lex non minus atque prior illa gradus propinquitatis includit, quemadmodum etiam in emptionibus & hæreditatibus adeundis acè observanda erat, ut videre est tum in libro Ruth cap. 3. vers. 12, & cap. 4. vers. 5. tum Ierem. 32. vers. 8.

48. Hinc Booz ad Ruth: Non, ab uno, inquit, me propinquum. Quiesce hac nocte, & factò mane si te voluerit propinquitatis jure retinere, benè res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque ulla dubitatione suscipiam, vivit dominus.

49. Cedente igitur priore & propiore illo agnato de suo propinquitatis jure, Rutham quæ fuerat uxor Mahalon, in uxorem duxit Booz, suscitato nomine defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur, ut habet Scriptura, hoc est ut omni eius jure filiali gauderet, tanquam de mortui genuinus esset, ut pote cui suscitatus erat.

50. Natus est igitur ex hoc conjugio Obed pater Iessæ patris David, qui genuinus quidem filius est Booz & ita eodem loco & apud Matthæum recensetur, Mahalon autem est eius pater Legalis, cui OBED secundum Legem suscitatus est, omni jure Mahalon gaudens & in familiam eius transiens, tanquam genuinus filius.

51. Intelligimus igitur quid sit primogenitum appellari

pellari denomine defuncti, nempe secundum Legis cō-
stitutionē de familia ejus sic cēseri, ac si genuinus esset,
cum tamen per proximum agnatum, qui naturalis pa-
ter fuit, suscitatus sit demortuo fratri ei, qui est pater
legalis, cujus pleno jure gaudet primogenitus.

52. Has hypotheses binas sequuntur duo postula-
ta, ab illis nec dissentanea, & cum Scriptura per omnia
consentanea, longeque æquissima. Prius est, Iosephum
& B. virginem, cum fuerint Dei timentes, ejusque man-
datorum observantes, non venisse contra legis statuta
in contrahendo matrimonio, sicuti nec in reliquis offi-
ciis contra Legem Domini consultò venerunt.

53. Legimus enim de Zacharia & cognata Beatæ
virginis Elisabetha apud Luc. cap. 1. v. 6. *Erant autem
justi ambo in conspectu Dei, incedentes in omnibus mandatis &
constitutionibus Domini inculpate.* Quidn̄ igitur idem de
Iosepho & B. virgine sentiamus?

54. Nam & beata virgo cum Iosepho à Galilæa ex
urbe Nazareth in Iudæam ascendit in urbem David,
quæ vocatur Bethlehem, ut describeretur Luc. 2 v. 4,
& 5. & octavo die circumciderunt puerum IESU vers. 21. Im-
pletisque diebus purgationis Maria secundum legē Moysis addu-
xerunt eum Ierosolymam, ut sifterent eum Domino vers. 22. &
ut darent oblationem, secundum quod dictum est in lege Domi-
ni, par turturum aut duos pullos columbarum, vers. 24. De-
nique ibant parentes ejus quotannis Ierosolymam in festo Pasche,
ibidem: quæ satis arguunt, cum fuerint omnium con-
stitutionum Legis observantissimi, in contrahendo ma-
trimonio eos Legem non violasse.

D

Alte

55. Alterum postulatam nec à priore dissentit, ad cum Scriptura consentit, nempe, Secundum usitatum Scripturæ morem Genealogiam Christi recenserit, fœminis sub viris tanquam capitibus censit propter Legem, quæ ducendæ erant ex proxima cognatione, unde firmiter concludere licet, de qua cognatione & familia vir est, de eadem secundum Legis præscriptum est mulier, & contra, ut vidimus hypothese prima tum mādato tum exemplis comprobatur, nisi si dicas Ioseph & Mariam in hoc contra Legem fecisse, quod est contra postulatam primum & præter omnem æquitatem.

56. Efficitur igitur ex hoc postulato Genealogiam Christi quantumvis ex Matia virgine nati, non nisi per Iosephum maritum Mariæ secundum morem Scripturæ pertexi, cuius cum Iacob fuerit Naturalis pater ex linea Solomonis, Heli autem Legalis ex linea Nathanis necesse est D. Virginem etiam fuisse de Regia Solomonis familia, de qua erat Ioseph, quoad naturalem profapiam, contra eos qui benedictam virginem nullo nixi fundamento temere faciunt filiam Heli, ex Nathane nati, Iosephum autem generum Heli, quasi genealogia in generum terminaretur apud Lucam;

57. Itaq; cum & contra morem Scripturæ sit, Genealogias in fœminis pertexi, quæ consentur in viris, & multo ineptius sit Genealogiam Nathanis in Iosepho ut genero Heli terminari, quæ glossa evertit textum, cum dicatur Ioseph *τῆ μητρί* nempe filius, non gener, ut reliqua reliquorum series ostendit (licet Ioseph non nisi Legalis filius Heli fuerit, cum genitus sit à Iacobo
Matth.

Matth. i. meritò sententiam illorum rejicimus, qui CHRISTO jus descendentiæ Regiæ secundum lineam pmissionis, hoc est, ex Solomone adimentes, D. Virginem ex Nathane ortū ducere & filiam Heli fuisse, præter Scripturam & omnem rationem statuunt.

58. Nec est quòd quisquam. objiciat à Davide Saulem vocari patrem 1. Sam. 24. v. 12. & vicissim à Saule ipsum audire Filium, quasi nihil insolens sit, soceros & generos vocari patres & filios. Hæc enim affectu & honori inter soceros & generos ita tribuuntur, ut ad Genealogias pertexendas nihil faciant.

59. Rectè igitur viri doctissimi hanc sententiam, ut pote Naturæ repugnantem & exemplis planè destitutam, jam pridem exploserunt, qui utinam in cæteris omnibus parem quoq; judicii dexteritatem adhibuissent: facilè hoc labore superfederemus.

60. Nam quòd B. virginem ex Evangelica historia demonstrari non posse arbitrantur, eam de domo David fuisse, licet tunc dubium nulli fuerit, equidem miror, cum uno relatorum demonstrato, demonstraretur & alterum necessario.

61. Christus enim Jesus filius David statim in frontispicio Matthæi dicitur. Atqui propter solam matrem est & dicitur filius David, quippe ex virili semine non cõceptus, sed ex semine virginis operatione Spiritus Sancti. Itaq; necessario Deipara de domo David & familia David & ipsa fuisse demonstratur, propter

D 2

quam

quam Christus est filius David, de quo Luc. 1. v. 69.
Erexit nobis cornu salutis in domo David pueri sui. Et v. 32.
Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur: Dabitq; ei DN.
Deus sedem David patris ipsius, &c.

62. Taceo Josephum non de alia familia, quam de sua, & quidem proxima cognatione juxta Legem potuisse uxorem ducere, unde beata virgo cum Josepho simul descripta est Bethlehemi, ut habet Lucas, quia nimirum fuit de eadem cognatione, de qua fuit maritus.

63. Hinc est, quod D. Matthæus in recensione Genealogiæ naturalis Christi cum inquit, *Jacob autem genuit Joseph, addit virum Maria, ex qua genitus est Jesus, qui dicitur Christus*, tanquam digito monstraret, ex qua familia Diva quoque virgo fuerit, unde Christus ortum traxerit.

64. Tale nihil est apud Lucam, qui simpliciter: *Ipse autem Jesus (inquit) incipiebat esse annorum triginta filius, ut existimabatur Joseph, qui fuit Heli*. Nulla prorsus mentione B. Mariæ facta, quippe quæ ex hac familia non fuit oriunda.

65. Nec est quod ex Elisabetha cognata B. virginis alicui dubium oboriatur, quia illa fuit ex tribu Aaron & ex filiabus Aaron, ut est Luc. 1. vers. 5. Nam mater Elisabethæ potuit eisdem parenti de filiis Aaron nubere, licet ipsa esset de tribu Regiæ domus David.

66. Sic videmus Aaronem habuisse Elisabeth ex tribu Juda, Exod, 6. vers. 23. Item Jojâda Pontificem duxisse Iosabam filiam Regis Ioram, 2. Reg. 11. vers. 7.

& 4.

64. Et Levites, qui habitavit in monte Ephraim, habuit uxorem de Bethlehem Iuda, Iud. 19. vers. 1.

67. Itaque pro Maria virgine argumentum facit, quod de tribu Regia David beata virgo fuerit, quia ex eâ fuit Elisabetha mater petita: cognatione inter Elisabetham & Mariam ex linea Regia dependente.

68. Describit autem S. Matthæus Genealogiam Christi per *ἡσάβου*, orsus ab Abrahamo Patre credentiū ppter circumcisionis fœdus p Dei veritate, ut confirmaret promissiones Patrum, ut est Roman. 15. vers. 8.

69. Quia verò pactum cum domo Iuda confirmatum est Davidi eiusque familiæ, Genealogiam inde à Davide per lineam Solomonis, cuius respectu promissio facta est, usque ad Christum perducit, ut intelligamus Christum ex Solomone Rege & Christi typo, naturaliter & legitime, secundum promissionem in Regem natum esse.

70. Lucas verò *ἡσάβου* Legalem lineam Nathanis usque ad Davidem Genarcham pertexens, inde per Patriarchas usq; ad Protoplastum Adam & Deum Protoplasten ascēdit, ut intelligamus Christū pmissum illud semen mulieris esse, & cōmunem omnium Servatorem, quotquot ex gentibus etiam in eum sperant, unde Paulus supracitato locō addit: *Et ut Gentes pro misericordia glorificent Deum.* vers. 9 & cætera quæ sequuntur.

71. Præterea observandum est, Euangelistam Lucam in Legali linea generationem nullam intermittere usque ad Davidem & deinceps, ut omnes omnium

temporum & locorum Theologi fateri habent, quod nobis ad distinctionem Salathielis & Zorobabelis diversi apud Lucam & Matthæum præbet argumentum sufficiens, ut post dicitur, quia qui apud Matthæum Salathielis Zorobabel est, is è Phadaia est genitus (1. Paral. 3. vers. 17. Qualis alter apud Lucam non est.

72. Matthæus verò sibi hanc Legem non indixit, tum propter tessera decades, quas construere voluit, tum quod tertiam & quartam generationem omittere, & propagationem ex clarioribus arcessere Spiritui sancto visum est, quia & in Scripturæ more id est, & in recenti hominum memoria tertia & quarta generatio esse potest.

73. Ut igitur rectam lineam Davidis per Solomonem usque ad Iosephum virum Mariæ deduci à S. Matthæo perspicuum fiat, & constet ex eadem cognatione & linea D. Virginem fuisse, & ita fuisse, ut regnum in IESUM CHRISTUM DN. N. devolutum propriè sit, tria nobis præstanda esse videntur. Primum tollenda sunt nobis obstacula, quæ videntur objecta ad lineam Solomonis infringendam, & conciliandus nobis est Lucas cum Matthæo. Secundò excutienda est veterum sententia, quæ nobiscum facit in conclusione: licet non iisdem nitatur mediis. Tertio & postremò tota arbor cognationis Christi expedienda est.

74. Quod attinet ad obstacula inde à Solomonis temporibus ad Christum occurrunt duo: prius an
regia

Regia Solomonis linea defecerit in Ochozia: & si non defecit, an extincta sit in Iechonia, ita ut vel Ioas illuc, vel Salathiel hinc ex linea Nathã in regnum successerit. Quod si neutrum horum esse docuerimus, restat ut expediamus quomodo Lucas cum Matthæo conciliandus sit, cum uterq; Salathielis & Zorobabelis meminerit.

75. Quod igitur ad Ochoziam attinet non repertam, quæ supra dicta sunt, videlicet valde absolum fore, si dicamus Deum voluisse lucernam Davidi cõservatam sub Ioramo, si mox in Iorami filio, qui est Ochozias eandem voluit extinctam. Parum enim hæc absunt à repugnãtia, quam absit in Deo ullo pacto admittamus, præsertim cum respectu Solomonis expressè addatur, sicut promisit David & filiis eius ut daret eis lucernam *omnibus diebus ac omni tempore.* 1. Regum. II. vers. 36. 2. Reg. 8. vers. 19. 2. Paral. 21. vers. 7.

76. Nec repetemus instantiam de suscitato semine in demortui fratris locum, qua de re supra egimus licet efficax sit argumentum ad elidendam pravam opinionem de Ioas ex Nathanis linea arcessito, sicut etiam idem Salathieli profus obstat. Semper enim manet aut non debuisse, aut non potuisse Solomoni excitari semen. Non debuisse, non finit Lex omnibus præscripta, & omnes sanctè obligans. Non potuisse quis dicet, cum tum Ochozias, tum Iechonias uxores legitimæ fuerint supersites?

77. His

77. His adde nullum Solomoni semen fuscitatum dici posse quia nullus alius ante Joasū & Salathielē fuscitatus est, nec ipsi fuscitati possunt dici, quippe nondum demortuis Ochozia & Iechonia editi; quorum illo moriente bimulus jam fuit Ioas, Salathiel verò Iechoniae illud semen est, quod cum ipso ejiciendum fuit in terram alienam, ut est Ier. 22. quantumvis sterilis quoad regnum scriptus sit, contra falsam opinionem erum, qui putant in Babylone demum esse natum, ut post dicetur.

78. Ex quibus conficitur stante Lege divina, quam in hypothesein ascivimus, nullo modo Ioasum nec Salathielē ex linea Nathanis succedere potuisse in demortuam lineam Solomonis; sed id merum esse figmentum.

79. Tertiò nec illud urgebimus, licet Ioram sex fratres suos gladio occiderit & quosdam de principibus Israel ut est, 2 Paral. 21. vers. 5. & ipsius filii omnes præter Ochosiam, ab Æthyopibus, Arabibus & Philistæis direpti sint, vers. 17. deniq; Iehu Principes Iudæ & filios fratrum Ochoziae interfecerit, ut est 2. Paral. 22. ver. 8. nempe quadraginta duos viros ut est, 2 Reg. 10. vers. 14. insuper etiam Athalia in stirpem regiam læriens omne semen (ex recta linea) regium sustulerit (subducto tamen Ioas de medio filiorum Regis ut est 2 Paral. 23. v. 10. & 11. per Iosabatham sororem Ochoziae) tamē propterea lineam Solomonis totam funditus excisam esse minimè consequi.

80. Nam quæ de semine Regio hîc dicuntur, de cognatione proxima Regis Ioram dicuntur & Ochoziae.

Ac

At legimus multò antè in secunda & tertia generatione tum Roboamum filium Solomonis genuisse viginti octo filios 2. Paral. ii. vers. 21: tum Abiam Roboami filium procreasse viginti duos filios. 2. Paral. 13. vers. 21. Quotum filios, nepotes, abnepotes doceant prius extirpatos esse, cum tota sua sobole, priusquam dicant lineam Solomonis defecisse, aut in lineam Nathanis regnum derivandum fuisse.

31. His (inquã) missis, rem ipsã putemus: ac primùm si Joas de medio filiorũ Regis subductus est, cùm Athalia interfecit stirpem regiam, & quidem bimulus, ita ut unã nutricem suffurata sit Josabeth, tum si cæteri fuerunt naturales filii Regis & stirps Ochoziã, è quorum medio subductus est Joas, quidnì etiã Joas fuerit semen naturale Ochoziã & filius germanus Regis? Imò si absq; eo nõ erat ultra spes, ut de stirpe Ochoziã aliquis regnaret, ut Scriptura, manifestè de naturalibus filiis loquẽs, testatur, quidnì ipse Joas fuisse naturalis filius Regis probatur? Antecedens patet ex historia tum 2. Reg. ii. v. 1. & deinceps, tũ maximè 2. Paral. 22. inde à vers. 10 & post. Ergò tenet consequens, nec ulla recta ratione Joas ex Nathanis linea fuisse demonstrari potest.

32. Secundò, quã ratio suadet existimare Joasum bimulum ex linea Nathanis accersitum fuisse & nutritum in aula Regia inter Regiam lineam Solomonis, cùm illo biennio, antequam cæderetur Ochoziã, adhuc quadraginta duo Principes Iuda & filii fratrum Ochoziã omnes salvi essent, Regiq; intervirent; superstibus etiam tum omnibus Regis Ochoziã filis cate-

ris. Annon quodā modo p̄judicasset hoc non solū modo reliquis Roboami & Abia Nepotib⁹ & Abnepotib⁹, quorum necesse est familias in maximum numerum excrevisse: sed etiam illis ipsis Ochozia filii & agnatis proximis, qui vocant^r Principes Juda parū honorificū fuisset?

83. Tertiò cū expressè vocetur Ioas filius Regis, ut & reliq^{ue}, ex quorū medio raptus & cadi subductus est, de quibus omnibus dicit^r, q^{ui} fuerint stirps Ochozia & semen Regium, necesse est, aut stirpis & seminis appellationē ad alios, quā ad genuinos filios pertinere, quoties nō de Spiritu alib⁹ agit^r: aut Ioas necessariò erit genuinus filius Ochozia. At nō prius: ergò posteri⁹. Sic i. Par. 3. v. 16. expressè Ioas filius Ochozia dicit^r: id quod cur de adoptivo intelligas causa nō est, quia propagatio lucernæ Regiæ in linea recta ibi pertexit. Et quare Iosabeth Tobolē Nathanis suffurata esset, ac interea passa esset filios fratris sui genuinos interire?

84. Quartò ut videamus nō posse id esse, quod Nathanista sibi sumūt, in Catalogo Genealogico Matthæi apertè dicitur, *Joram genuit Oziam* cap. 1. v. 8. inter quē & Joram intermedii sunt Ochozias, Joas, Amasias, per quos Oziam genuit Joramus: aut verbum gignendi non significabit gignere, contra sensum Grammaticū, quod est absurdū Ergò necesse est etiam Ioasum esse genitū à Joramo per Ochoziam, & per consequens eū naturalem esse filium Ochozia, non autem ascitum, nisi omnē vim ac proprietatem vocum in Genealogiis semel in univ^{er}sum labefactatā velim⁹, & quidlibet p̄lubitu fingere.

85. Sic cum tempore Ieroboami Propheta exclamaret,

mare, Altare, Altare, hac dicit Dominus: Ecce filius nascetur Domui David Iofias nomine &c. 1. Reg. 13. v. 2. non aliunde intellexit nasciturum, quam ex Regia linea recta Solomonis. Solenne enim illud fuit lineam Regiam ^{καὶ ἑσθλὴν} vocari domum David, adeo ut contra domum Nathan hac nota expresse distinguatur Zachariæ 12. v. 12. *Familia domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum: familia domus Nathan seorsum & mulieres eorum seorsum.* Itaque necesse est etiam Reges Iofiam antecedentes de linea regia domus David & per consequens ex Solomone propagatos esse, qualis fuit Ioas, non autem ex Nathan.

86. Sic Ioas ipse Iofaphatum, Ioram, Ochosiam, reges Iuda, vocat patres suos, utique Naturales, iam dictis de causis. 2. Reg. 12. v. 11. Itaque miror, quæ ratio moverit eos, quæ juxta Philonem putarunt Ioasum non esse Ochoziæ genuinum filium, tot evidentibus & necessariis argumentis contrarium docentibus, cum vicissim nihil solidi à Nathanistis possit afferri, quod probet oppositum.

87. Hæc igitur quoad Ioasum, partim ab aliis, partim à nobis observata, sufficiunt ad propagationem stirpis & conservationem lucernæ Regiæ in linea Solomonis recta per Ioasum, cui cum Iojada binas uxores dedisset, genuit ex eis filios & filias, ut est 2. Paral. 24. vers. 3. ita ut nullum jam usque ad Iechoniam de abrupta linea Solomonis dubitationis vestigiū relinquatur: frustra nonnullis binomines & trinomines Reges apud Lucam & Matthæum pro iisdem nobis obtrudentibus.

88. Sed nec sub Iechonia intercidere potuit stirps Regia Solomonis, ut ex linea Nathanis accersed^o fuerit

E 2 Salathiel

Salathiel cū Zorobabele, qui successerint Iechonia, & cū proba vero, etiā de Ioas pbatum erit, hoc syllogismo: Quicumq; Iechoniae immediatè successit in lineā Regiam Solomonis secundum promissionem, is necesse est sit ille Salathiel, qui ex Phadaia filio nepotē Zorobabelem genuisse docetur 1. Par. v. 17. & contrā.

At nullus ex Nathanis linea est ille Salathiel, qui ex Phadaia filio nepotē Zorobabelem genuisse ullibi docetur, nec contra.

Ergò nullus ex Nathanis linea Iechoniae immediatè successit in lineam Regiam Solomonis secundum pmissionem. Quod si nullus ex Nathanis linea Iechoniae immediatè successit, ergò nec ante Iechoniam sub Ochosia, neq; in Iechonia Solomonis linea Regia intercedit oportet, quod fuit nobis demonstrandum.

§9. Major inspectione loci 1. Par. 3. vers. 17. fit evidens, ut mox declarabimus. Minor probatur per Evangelium Lucæ nullam generationem omittentis, ut omnes omnium locorum & ætatum fateri coguntur Theologi, Itaq; efficitur Salathiel, qui apud Lucam est, non esse patrem Phadaia ex quo genitus est noster Zorobabel Princeps: alioqui contradictionē implicaret, Lucam generationem nullam omittere, & inter Salathielem & Zorobabelem omittere intermedium Phadaiam. Nec certè Catalogus Lucæ ^{EVANG.} ullam patitur, quò minus omnes & singulas generationes præcisè in linea Legali Nathan pertexuisse dicendus sit, non modò usque ad Davidem, sed insuper per Patriarchas usque ad Adam & Deum, adeò sibi undiq; S. Scripturæ cōcentus examussum constat.

Miror

90. Miror igitur doctos viros, similitudine nominum deceptos, Philonem sequutos esse, ac quia ille Neri lucernam vocat (quanquam ad Jechoniam refert) illos Schealthialem filium Neri privatum, pro Principe & pro lucerna Regia agnovisse, & ex Nathanis familia in lineam Solomonis Regiam traduxisse. Falsò enim persuasi sunt, unum & eundem Salathielem & Zorobabelem apud Matthæum & S. Lucam pertexi; Unde à Mesullam, D. virginem ex Heli, & ab Obadia [nepote ex fratre Mesullæ] Iosephum volunt derivari per Iacobum, utrobique ex Zorobabele Nathanico: veluti fluctuando Genealogias permiscuerint Evangelistæ, & Spiritus Sanctus nunc ex naturali linea in legalè nunc iterum ex hac in illam per ascensum & descensum transferit, ubi mirè ingeniosi fuerunt in binominum & trinominum Regum commento, perinde ac si eosdem Reges & Duces aliis atq; aliis nominibus Lucas & Matthæus insigniverint, cum ipsi contrà cognomines distinguere debuissent.

91. Nec durum videri debet, si duos dicamus cognomines fuisse Zorobabeles & duos Salathieles, contrà quàm putat vir quidam doctissimus. Cur enim durū id sit in diversis fratrum lineis, cum in una & eadem linea Nathanis duo cognomines Matthat & duo Levi occurrant eodem ordine, ut videre est Luc. 3. v. 24. & 29? Deinde cognominationes & paranomasias inde à Regibus Iuda & Israel in usu fuisse apparet, quoties fuerunt concordēs: quoties verò discordia intercessit inter eos, antinomasias affectasse. Nihil igitur mirum est in duorum fratrum lineis circa Babylonix Captivatis

nis tempora semel id in imitationem tractum esse:

92. Sed inspiciamus textum, qui sic habet, 1. Paral. 3. v. 17. *Et filii Iechonia Asir, Schealthiel filius ejus, Docti viri et Asir, quod captivum significat, ad patrem Iechoniam referunt, quasi Schealthiel captivo Iechoniae successerit in regnum. Esto: tamen Salathielem hunc esse filium naturalem Iechoniae liquet, quia non est ille S. Lucae, qui Zorobabelem ex se genuit, cujus is proprie fuit pater: sed est alter ille, qui genuit Pedajam Principem, ex quo noster natus est Zorobabel, nepos Salathielis. Hinc disertè Matthæus, licet omisso Pedajah Salathiel autem genuit (inquit) Zorobabel, verbo gignendi non admittente in Genealogiis significationem tropicam, aut ascititiam filiorum adoptivorum, nisi omnia labefactata velimus, ut dictum est.*

93. Monstratur id in textu, quia 1. Paral. 3. vers. 18. Additur: *Et Malkiram & Pedajah & Senazar, Iechamiach, Hosamach & Nedabiach, (nempe) fuerunt filii Salathielis: ut constructio Grammatica & antecedens membrum de Scheathiele necessariò postulat.*

94. Additur his vers. 19. *Et filii Pedajah Zerubabel & Schimbi: & filius Zerubabel Mesullam & Chanana & Salomith soror eorum, &c.*

95. Ex quibus hæc necitur conclusio: Si Pedaja genuit Zorobabelem, eundemq; Zorobabelem genuit Schealthiel, ut Matthæus testatur, licet Pedajam omitat, ergò Schealthiel & Pedajah non possunt esse fratres. ἀδελφόν enim est Schealthielé simul & Pedajam duos fratres unū & eundē genuisse Zorobabelem, nisi idē qui

qui est Schealthiel sit Pedajah. At eundem non esse satis ex textu apparet vers. 17. & 18. Necessario igitur Salathiel, successor Iechonix, est avus Zorobabelis & pater Pedajæ, ex quo hic Zorobabel est genitus, quem in linea Solomonis Regia exprimit Matthæus, licet Pedajam omittat: qualis non est alter ille à Luca expressus.

96. Non est autem mirum Matthæum de more Pedajam omisisse, sicut etiã Mefullam omittit è Zorobabele genitum, ut nihil hinc de Abiud dicamus, quem Obadiam nonnulli faciunt, & nepotè ex fratre Mefullæ, quã rectè ipsi viderint. Sanè propter nominis celebritatem etiam Zach. 1. vers. 1. & 1. Esdræ 5. v. 2. Zorobabel filius Schealthielis dicitur propter continuationem lineæ Regiæ inter Salathielem & Zorobabelem, licet intermedius sit Pedajah, fortasse non diu superstes.

97. Constat igitur lineam Regiam ex Solomone non esse interruptam, sed directè continuatam, à Iechonia ad Salathielem, à Salathiele ad Pedajah, à Pedajah ad Zorobabelem, & sic deinceps, ut non necesse sit ex linea Solomonis transire in lineam Nathan, & rursum ex hac in illam: quippe constante utrique Evangelistarum sua sibi peculiari Genealogia, Mathæo Naturali ex Solomone, Lucæ Legali ex Nathane, nusquam nec interruptis, nec confusis lineis.

98. Nec est, quod nobis opponatur locus. Jerem. cap. 22. vers. 30. *Hac dicit Dominus: scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David & potestatem ultra habeat in juda &c.* id est, qui amplius sit Rex in Jerusalem.

Non

99. Non enim fuit sterilis simpliciter Jechonias, ut ex eodem loco clarè patet vers. 28. cum dicitur, *Quare abjecti sunt ipse & SEMEN EIUS & projecti in terram, quam ignoraverunt.* Certè qui caret omni semine, non potest ipse & semen ejus projici in terram alienam.

100. Sensus igitur est durante tēplo primo & postea, quoad regium fastigium, neminem ex Iechoniz posteris sessurum in solio David, nec habiturum ultra potestatem [scilicet Regiam] in Iuda, quod Propheta innuit cum declarationis causa addit *scribe virum istum sterilem.* Quomodo? *virum qui non prosperabitur in diebus suis* (nempe stante Ierusalem) & quæ de regno ἀτιλογικῶς adduntur, quomodo etiam eundem vas fictile & contritum respectu regni Propheta nominavit.

101. Error est igitur παρὰ τὸ μὴ ἀπλῶς λεγόμενον ὡς ἀπλῶς. Non enim sequit: *Orbus est liberis, qui regnent: Ergò simpliciter est orbus liberis:* particula causali restrictionē inferente, ideoq; frustra multis præter textus scopū se torquentibus, præterq; rei necessitatē ingeniosis, & contētiosis.

102. Apparet hinc & alterū illud, nempe Schealthielē cum Iechonia in terrā alienam abductum & per consequens nō in Babylone demum natum esse. Captivitas enim pro servitute Babylonica ἀπὸ τῆ κοινῆ sumitur, quæ cœpit sub Ioachimo, Patre Iechoniz, anno eius quarto, ut in pericopa principe eorum temporum ostendimus;

103. Hinc explicandus nobis est locus Matth. 1. ̄. 12. Ubi Iechonias dicitur Salathielem genuisse post deportationem Babylonicam. Ajo totum tempus septuaginta annorum nunc servitutis. nunc μετακείρας,

sive

sive transmigrationis, nunc captivitatis nomine generali significatione insigniri, ut cuius mediocriter versato in historia eorum temporum patet.

104. Postquam igitur Joachim pater Iechoniae subjugatus est à Nabuchodonosore anno illius regni quarto, Nabuchodonosoris primo, inde initium servitutis Babylonicæ cœpit. Itaque licet captivitas de facto demum servitutis eius tertio, imperii vero septimo consequuta sit (ut docuimus in historica Pericopia prima) tamen quia communi appellatione totum tempus servitutis captivitas & transmigratio vocatur, intelligendum est post deportationem non Iechoniae, sed Patris Joachimi genitum esse Salathielem, quocunq; modo transmigratio accipiatur.

105. Ratio est quia idem tempus transmigrationis genituræ Iechoniae, eiusdem Patri Joachimo opponitur, his verbis, ἐπι τῆς μετακινήσεως βαβυλωνῶν &c. quæ cum disertè ad patrem referantur, necessariò etiam illa verba, cum dicitur *post transmigrationem* eodem referuntur. Ex quo intelligitur non in Babylone demum post deportatum Iechoniam Salathielem natum esse.

106. Iam verò versiculus undecimus apud Matthæum (ut notarunt docti viri) mendo librorum inde à patrum temporibus non caret, quippe Joachimum Iechoniae Patrem omittens, præter & contra tesaradecadis completum & ab ipso Matthæo subductum numerum. Quanquam Iacobus Faber Stapulensis & Robertus Stephanus testantur sibi visa exempla

ria manuscripta vetustissima, in quibus nomē Ioachim expresse positum fuerit.

107. Epiphanius lib. 1. contra hareses causam adducit, quòd cum bis positum esset Iechonia nomen, secundo loco quasi super vacuum indocti eradere ausi sūt. 1 Paral. 3. 2. Paral. 36. Id verò non debuisse fieri admonet: quia Ioachim filius Regis Iosia commune Iechonia nomen cum filio suo habuerit.

108. Hieronymus in prologo Hieremiae praemisso sic scribit: *Nemo putet eundem in Danielis principio Ioachim qui in Ezechielis exordio Ioachim scribitur, iste extremam syllabam Chin, ille Chim habet. Et ob hanc causam in Evangelio secundum Matthaeum una videtur deesse generatio, quia secunda tessaradecas in Ioachim desinit filium Iosia, & tertia incipit in Ioachim filio Ioachim, quod ignorans Porphyrius calumniam struit Ecclesiae, summam ostendens imperitiam, dum Evangelistam Matthaeum arguere nititur falsitatis.*

109. Hisce jam ante nos observatis addo Iosephum tam patrem quam filium vocare Ioachimum: licet in Graeco exemplari patrem per α , filium vero per χ noter: quibus non animadvertis, in aequivocatione nominum facilis fuit lapsus, qui ex V. Testamento vi tessaradecadis restituendus est, ne quis Scripturam sibi non sufficere arbitretur ad sui perfectionem.

110. Restitutio hæc videtur esse genuina: *Iosias genuit Ioachim et fratres eius: Ioachim autem genuit Iechoniam in deportatione Babylonis: hoc est sub illa tempora quibus servitus Babylonica cæpit.*

111. Ratio est, quia nisi $\tau\delta$, FRATRES EJUS, referas ad Ios-

ad Iosiam & Ioakim, non poterit Iechoniæ adaptari, q
non habuit nisi unicum germanū fratrem Sedekiam I.
Paral. 3. vers. 16. quo deportato simul cum Iechonia in
Babylonem, substitutus est Patruus Matthanias in eorū
locum, cui nomen demum Sedekix imposuit Nabuch-
odonosor: tantū abest ut linea Iechoniæ defecerit, ut
præter Salathielem genuinum filium adhuc fratrem su-
perstitē habuerit; ante quem mortuū, eiusq; stirpis abo-
litionem ad lineam Nathan regnum transferri non po-
tuit. Ex opposito autem cū filii Iosix fuerint Iochan-
nan, Ioakim, Sedekias, Sellum, probe *fratres eius* con-
venit Ioakimo, qui plures fratres habuit.

CXII.

HAtenus expeditimus, quæ obstare videbantur,
quo minus Ioseph maritus beatæ virginis Mariæ,
ex qua CHRISTUS, genitus esset ex profapia & li-
nea Regia Solomonis recta, ex qua, secundū Legem, bea-
tam virginem identidem fuisse necesse est; concilia-
tis inter se Luca & Matthæo de facili, quippe cum uter-
q; suam genealogiam propriam pertexat, nec in alteri-
us fines incurrat. Sequitur porrò ut videamus quid de
hac re veteres senserint, & quomodo Iosephus eis ex
naturali linea Solomonis ortum ducat, & quomodo ad
lineam Nathanis legalem idem simul pertineat.

113. Aphricanus ex vetustioribus, cuius mentionē
facit Eusebius Hist. Eccles. lib. 1. cap. 6. Historiogra-
phus illi⁹ testimonio haud vulgaris, de cōcordia Gene-
alogiæ in Euangelis sic scribit, apud eundem Eusebium
cap. 7. *Nomina generum in Israele, aut natura sunt, aut lege*

F 2

reccensia

recensita. Natura per successionem germani seminis: Lege per vicem eius, qui in defuncti sterili fratris nomen prolem excitabat.

113. Causam hujus rei adducit, quia nondum data erat perspicua resurrectionis spes, id quod probari non potest, cum contrarium appareat in Jobo cap. 19. & Dan. 12. & multis aliis in locis, re etiam miraculis firmatâ. Futuram igitur promissionem mortali resurrectione dicit fuisse imitatos, ne defuncti nomen intercederet, id quod totum est Allegoricum, pro ut tempora illa post Origenem ferebant: de facto tamē per se verum est, suscitatos esse defunctis fratribus filios.

115. Nos verò è Scripturis edocti non tantum πολιτείας ἐνεκα id factum dicimus, ne confunderentur hæreditates, sed maximè propter architectonicum illum finem, ut Messias ex tribu & familia Davidis nasciturus à cæteris distingueretur, quo præstito Sacerdotium Leviticum paulatim est abolitum.

116. Itaq; illud Platonis in libris de Repub. licet sine dubio ex Mose arcessitū, sine tamen Principali à Mose differt. Vult enim proximū filium ex jure ἀρχιείας defuncti uxorem ducere, ne ejus nomen & hæreditas pereat. lib. 1. de educatione liberorum.

117. Quia igitur eorum, qui generationi isti inserti sunt, (ut habet Aphricanus) alii tanquam germani filii Patribus suis successerunt, alii verò per alios quidem generati, aliis a stem nuncupati sunt, facta est utrorumq; mentio, & eorum qui verè, & eorum, qui nomine tenus generati sunt.

118. Hæc

118. Hæc verè Aphricanus. Itaq; concludit: *Es ad hunc modum neutrum Evangeliorum falsum est, sive quod secundum naturam, sive quod pro legis consuetudine numerat, &c.* Quibus epiphonematis loco præclarum Scripturæ elogium addit, dicens: *Evangelium sane per omnia, quæ vera sunt, tradit.*

119. Hactenus hæc rectè Aphricanus, quemadmodum & sequentia in genere proposita, cum inquit: *Sunt enim genera hæc cum Solomonis, tum Nathan resuscitationibus eorum, qui sine liberis decesserunt, secundisq; nuptiis & seminum excitatione ita inter se connexa, ut merito idem aliis, atque alii his tanquam putativis, istis tanquam veris patribus sint deputati: atque ita utraque narrationes proprie veræ, in Iosephum variè quidem, attamen exactè determinata sint.*

120. Ex his liquet in Iosepho non ut genero Heli, sed ut filio putativo, hoc est Legali, juxta Aphricanum Lucæ genealogiam terminari, ubi vox putativa aliter ab ipso sumitur atq; à D. Luca, cū Ioseph dicitur putativus pater Domini. Ille enim putativum pro patre legali sumit, cui suscitatur semen.

121. Hactenus Aphricano assentimur, cui Nazianzenus & Hieronymus in Matth. & ipse August. lib. 2. Retractat. cap. 7. & Damascenus lib. 4. cap. 6. subscribunt: licet in hypothelibus, quos necit, ad eandem conclusionem producendam, nos ab illo dissentiamus.

123. Nec veremur nobis obfuturum, quod Aphricanum in epistola ad Aristidem idem Eusebius dicit, cap. 6. ostendisse, quàm sint coactæ & falsæ aliorum o-

piniones. Hoc enim ratione conclusionis verum esse potest: non verò ratione mediorum ac hypothesium quas ille confingit non necessarias.

123. Deducit ille quidem lineam Solomonis constanter usq; ad Matthan Jacobum & Iosephum: Itemq; alteram Lineam Legalem à Nathan, ubi tertium à fine ponit Melki, rectè: interim tamen Iosepho scopi vice proposito Iacobum & Heli ex eadem matre diversis patribus (videlicet Matthan & Melki) vult esse genitos, unde per novâ hypothesein postea rursum infert: *Ex quibus Iacob, cum Heli sine liberis decessisset, uxore illius accepta, tertium ex ea Iosephum genuit, secundum naturam quidem & generationis narrationem sibi ipsi: unde scriptum est, IACOB verò genuit Ioseph: secundum legem verò Heli fratri defuncto, cuius filius fuit Ioseph.*

124. Conclusio est vera, sed duas hypotheses sumit non necessarias, ex quibus efficere conatur Iosephum Heli suscitatum esse secundum Legem à Iacobo, Prior est cum inquit: *Postquam Matthan oriundus ex Solomone genuit Iacobum ex Esta [id enim nominis et mulieri fuisse traditum est] viduam defuncti Matthan duxit Melki, & genuit ex Esta Heli fratrem Iacobi ex eadem matre, Lege non prohibente mulierem viduam, si ve à marito dimissam, si ve post obitum mariti, alteri conjungi marito. Hæc ille.*

125. Sed si hoc verum esset, oportuisset neminem amplius ex linea Solomonis superstitem fuisse post Matthan, si Melki ex Nathanis diversa cognatione ESTAM duxisset. Nam prioribus ex eadem cognatione cogebantur nubere secundum Legem.

Atqui

Atqui nullo argumento hoc probare potest, & non sinit B. Virginis propagatio, quæ ex ejusdè cognationis diverso à Jacobo patre genita est, ut & ejus soror: ut taceam, quòd de dimissa ait, verum non esse, contrarium testante Domino in Evangelio.

126. Apparet igitur Aphricanum nomine fratrum deceptum, quasi uterini requirerètur ad suscitationem seminis, cum proximi agnati significentur: unde istam hypothèsin ideò commentus est, ut Jacobum & Heli ex eadem matre fratres faceret, quo posset secundam hypothèsin tueri, nempe fraternitatis jure Jacobum suscitasse Heli semen secundum Legem, nempe Josephum, ducta Heli vidua.

127. Atqui non erat necesse fuisse fratres uterinos modo proximi agnati essent, qui fratrum nomine appellantur, id quod satis erat ut Jacob Heli excitaret semè. Sed quia Aphricanus non invenerat modum, qui causam ostenderet, cur ex diversis cognationibus alter alteri suscitaret semen, hunc de fraternitate coactus est comminisci ex una matre, sed diversis patribus, ut ita intentum suum efficeret.

128. Sed ajo nullius hæc prorsus esse momenti; nec militare in hac quaestione. Utvis enim ex eadem matre fuissent Jacob & Heli, tamen propinquitas suscitandi seminis non ex origine matrum, sed patrum dependet; ita ut hæc fictitia hypothèsis nihil planè ad rem faciat.

129. Hæc fortassè animadvertens Aphricanus vir alioqui peracutus, quasi subdubitans inquit: *Sive ad huncmodum, sive aliter habet res, non poterit quisquam,*

meo

meo iudicio, clariorem illius expositionem reperire: quibus manifestè ostendit se hæc repperisse, quò magis rem perspicuam redderet, sola intentione hæc conciliandi.

130. Nos verò binas illas transitiones ex diversis cognationibus repudiamus, semel cum Melki vult duxisse uxorem defuncti Mathan ex linea Nathanis nulla cogente causa: iterum cum propter fraternitatem ex una matre Jacob vult suscitavisse semen Heli, quæ hypothesis nititur falso fundamento, uti jam dictum est, cum feminis suscitatio non dependeat à fratribus maternis.

131. Interim tamen manet conclusio eius vera, nempe Jacobum ortum ex linea Solomonis suscitasse semen Heli ex linea Nathanis, ut suo loco post dicemus. Hanc cum Aphricanus teneat affirmativam licet indebitis astructam mediis, nobis gratulamur de Antiquitatis sententia, illiq; gratias habemus, quod nomen Estæ nobis prodidit, quam nos propter commentitiam hypothesin non matrem Heli, sed conjugem eius facimus, ex qua demortuo Heli suscitatus est Jeseph, ut post dicetur.

312. Augustinus in Quæst. Novi Testamenti parte secunda, Quæst. 36. *Non est ambiguum* (inquit) *Patrem Ioseph Iacob fuisse. Ordo enim à David per Solomonem TRAMITEM SUUM tenens recto cursu pervenit ad Iacob, cuius filius est Ioseph. Heli autem filius Matthat à David per Nathan filium eiusdem David ordinem tenet, usque ad tempus, quo Salvator advenit: unde singuli Evangelistæ à David singulorum fratrum generationum ordines prosequuti, quasi fu-*
gans

gam fecerunt, ut Matthæus à David per Solomonem descenderet ad Ioseph: Lucas verò ab Heli, qui tempore fuit Salvatoris, ascendit per traducem Nathan &c.

133. Hæc verissimè & constantissimè Augustinus, qui sic ordines & tramites distinctos facit, ut demum in Davide conjungat non in Salathiele & Zorobabele, ut fecerunt Neoterici, quibus nominum æquivocatio offensionis fuit, quæ veteres illos nihil turbavit, nec compulit ad istam diversarum linearum confusionem invehendam, & permixtionem Genealogiarum, licet à Matthæo & Luca distinctè per textarum.

134. Quod autem ibidè idem Augustinus contra Photinum Genealogiæ Lucæ insistens Christum ante Adam Dei filium fuisse demonstrat, id in se quidè verum est, sed parùm efficaciter ex *ἀναβάσει* Lucæ colligitur. Itaque tanquam à nostro instituto alienius in medio relinquimus, præsertim cum Aphricano Augustinus assentiatur, ut ante dictum est, quo nomine etiam ea præterimus, quæ tum de consensu Evangelistarum lib. 2. cap. 2. idè August. habet, tum idem alibi attingit. Vide lib. de 83. Quæst. cap. 61, Et contra Faustum Manichæum lib. 23. cap. 9.

135. Nec verò defuerunt, qui circa tempora Augustini planè contrarium docerent, nempe non Iacobum Heli fuscitasse semen, sed Heli Iacobo, de quibus eadè quæstione Augustinus, illud (inquit) quod quibusdam videtur quia Heli acceperit uxorem Iacob, quomodo Lex mandavit ut si quis mortuus fuisset sine filiis, acciperet frater aut propinquus uxorem eius, & resuscitaret semen fratris sui Dent. cap. 25. Et

G

114

ita factum, ut Heli generaret Ioseph Iacobo, cuius uxorem acceperat: & per hoc jungi generationem, ut non immerito Ioseph Patrem habere Heli dicatur.

136. De hac sententia sententiam Augustinus ferens suam, Hoc (inquit) nec probabile est, nec ad ullam rem proficit. Verè. Nam perversit literam ipsam. Cum enim disertè Scriptura dicat *Ioseph autem genuit Ioseph*, Matth. 1. Lucas autem tantùm habeat: *Ioseph fuit* τὸ ἄνω: cur quæso generationem naturalem affingemus lineæ Lucæ: contra Legalem Matthæo? Itaq; miror etiam nostra memoria summos in Theologia viros in idem præcipitii descendisse, ut statuerent lineam Legalem apud Matthæum, apud Lucam naturalem pertexi,

137. Ex his videre licet nullo non tẽpore vel præcipua ingenia hanc quæstionem exercuisse. Nemo igit nobis vitio vertat, si & nostram Symbolam pro Dei gratia huc conferre studuimus, non equidem ut magis hominum auctoritate, quàm solido Dei verbo, & rationibus inde haustis niteremur: alioqui confusissimũ chaos ingressuri, & subinde Charybdin vel Scyllam incurfuri, præsertim in iis, quæ restant, quorum apud Neotericos mira est varietas & perplexitas, de quibus tamen citra aliorum præiudicium sic agemus ut ultrò simus expectaturi, quid alii contra sentiant & si opus sit nostra suo loco plenius simus confirmaturi, vel certè manus daturi.

138. Hactenus eò rem perduxisse videmur, ut utriq; Evangelistarum sua constet auctoritas, sua in pertexenda diversa lineæ Christi naturali & legali proprietates,
citra

citra alterius cum altera confusionem, aut transitum ex una in aliam; astipulantibus nobis totius Antiquitatis Patribus.

CXXXIX.

Restat ut rationem cognationis Christi, & arborem, Meorsim tabellâ delineatam, breviter explicemus. Pro fundamento igitur necessario & planè immoto statuimus ex historia Euangelica secundû Matthæum, Iacobum genuisse Iosephû generatione naturali. Unde Heli non nisi Legale patrem Iosephi esse posse constat, 140. Et quia ex diversis familiis ambo fuerunt, Iacob ex Solomone, Heli ex Nathane (ut hæten^o demonstratum est) necessariò non Solomonis, sed linea Nathanis tunc defecerit oportet, atque ita defecerit, ut non modò ex recti tramitis progressu, sed etiam ex omni familia Nathan nemo prorsus superfuerit amplius, qui potuisset semen excitare Heli: alioquin nunquam ad Iacobum ex linea Solomonis Regia generatio devolvi potuisset, vi principii & postulati primi & secundi, supra in hypothesibus nostris ex Lege expositi.

141. Secundò apparet Iacobum fuisse familiæ Solomonis Principem, quo nemo superior esse potuit, alioquin ipse non potuisset sulcitare semen Hei, quia non fuisset agnatione proximus, ut est in hypothesi secunda. Ac proinde etiam patrem D. Virginis non fuisse Iacobo priorem necesse est: aut si prior fuit, jam factus fuerit, oportet.

142. Hæc cum mente concipimus, necesse est admirandum Dei consilium adoremus, tum quo ad lineam Legalem Nathan, tum quo ad Naturalem lineam Solo-

monis utramq; videlicet ad exiguum ita contractam esse, ut in ipso Iosepho defecerit Legislator à pedibus Iuda, & sceptrum domus David, quippe illo nato alteri & erecto jam sceptro cœlestis regni.

143. Quoad Nathanem causa est perillustis Quare enim defecit linea Nathan, ita ut nemo ex ea prorsus superfuerit, qui excitaret Heli semen, sed Iacob ex diversa familia Salomonis id præstare necesse habuerit Nathanicis? Nempe ut constaret nec Christum nec D. virginem ex linea Nathan oriri potuisse, nemine jam superstite de Nathanis familia, atq; Heli ipso gentis ultimo sine liberis defuncto.

144. Et tamen Christus voluit censerī filius (ut putabatur) Ioseph fabri, qui quidē artificium non ex linea regia habuisse putandus est, sed ex eo, cui in semē suscitatus erat, & in cuius successionem iure Legali venit, ut denominaretur de nomine Heli: quæ fuit species humiliationis Christi, ut rectè annotavit vir doctissimus.

145. Iam verò ex parte Iacobi, cuius filius naturalis est Ioseph, quis non videt jus primogenituræ deperdi ex linea Legislatorum regia, in eo, qui suscitatur alteri legaliter, de cuius nomine fuit appellandus, ita ut in linea Regia nequeat Legislator esse amplius ad sceptrum gerendum.

146. Sic igitur Prophetia Patriarchæ Iacob ad literã cõpleta depræhenditur, qua dicitur: *Non recedet sceptrum de Iuda* (id est de domo David, cui sceptrũ Iuda cõfirmatũ erat respectu lineæ Solomonis) *neq; Legislator de pedibus eius* hoc est, non deficiet linea Regia promissionis, ad quam saltem

saltem de jure, si non de facto, sceptrum & potestas Legis ferendæ pertinebat, *donec veniat Schilo*. Itaque jam tum venisse Schilo constat, cum Legislator in Josepho desit, qui suscitatus est Heli, ad quem illud jus secundum promissionem non pertinuit.

147. Quod si quis opponat Alphæum, qui sororem matris Domini duxit, quasi in eo stirps Regia Solomonis subsisterit: Respondemus eum fuisse secundo-genitum Jacobi ex eadē Estā, Heli excitatū, alioqui legitime ex ea natus non esset. Quare superstitē Josepho, prius nato, multò minus jus prærogativæ ad se pertrahere Alphæus potuit.

148. Nolumus enim ex tribu Levitica eum ortum duxisse, atque ita è tribu Regia uxorem petiisse, propterea quòd Jacobus parvus his parentibus natus, & in Episcopum Hierosolymitanum post mortem Christi electus, videretur non abolitioni Sacerdotii Levitici, sed continuationi eiusdem non nihil patrocinari; nisi quis velit usque ad tempus correctionis successionem tribus Leviticæ perdurasse; quo sensu jus regium ad eum non pertinuit, quantumvis ex ea tribu fuisset.

148. Necessariò igitur ad fratrem Jacobi, ipso Jacobo jam fatis functo, redeundum erat, ad quem jus prærogativæ spectabat, deficiente linea fratris Jacobi. At quia is non nisi benedictam virginem, cum eiusdem sorore propagavit, regni terrestris loco, Christus Iesus ex Regia prolapia Solomonis, hoc est, B. virgine oriundus, cœleste regnum iniit, adeptus solium patris sui David, Rem videlicet, non umbram, quæ jam cessare debuit in Josepho,

150. Ita videmus quomodo ex utraq; parte duo patruelles Ioseph & Maria, & Alphaus cum sorore matris Domini copulentur, jure prerogativa Regia Christo cedente: nisi si quis patrem Mariae virginis, quae Iochimum vocant, Iacobo seniore fecerit, quo mortuo sine masculis, Spiritus Sanctus lineam Solomonis derivavit in Iacobum, propter Iosephum virum Mariae. sub quo ipsa veluti capite censetur, re eodem recedente.

151. Quod nisi haec ita statuas, cogeris ad absurda infinita devenire & vel primae vel secundae hypothese nostrae cum postulatis binis contradicere & statuere nihil horum, quae Lege praecipuntur, a piis reliquis domus David & domus Nathan observatum esse, quod supra refutavimus.

152. De agnata Mariae Elisabetha supra dictum est, cuius aetas ingravescens respectu B. virginis (etiamnum Almah) docet illam fuisse ex sorore Avi patris Mariae pognatam, ita ut pater Mariae Ioachim & Elisabeth fuerint patruelles & consobrini, ipsa vero D. Virgo dimidio gradu inferior, unde Ioannes Baptista & D. Virgo fuerunt Sobrini.

153. Et quia nemo aetate superior erat, apud quem D. Virgo receptum haberet, uterum ferens ad Elisabetham se contulit, trimestre illic latitando, donec a Iosepho, edocto quod ex Spiritu Sancto inventa esset gravida, est assumpta.

154. Habuit igitur Matthan Pater Iocobi sororem matrem Elisabethae, ut ex aetatis comparatione liquet, (fuerunt

(fuerunt enim Zacharias & Elisabeth ambo provectæ ætatis) Iacob verò filius Nathan, uti diximus, vel fuit primogenitus, alioqui non postulatus ad semen suscitandum demortuæ lineæ Nathan, si ullo modo prior aliquis in cognatione Solomonis superfuisset: vel mortuus jam erat Ioachimus, si hic fuit prior.

155. Jam quia agnati proximi proximas agnatas secundum legem ducere tenebantur, ut exemplis, & sanctione divina testatum fecimus, rectè matrem Domini cum sorore matris Domini (cujus nomen in Scripturis negamus exprimi) facimus Iosepho & Alphæo patruales.

156. Quia igitur Ioseph primogenitus, ex Esta natus, primogenitam patruelem duxit benedictam virginem, necesse est Iacobum ex eadem Esta secundum Alphæum genuisse, fratrem Iosephi, quia is duxit Sororem matris Domini secundo genitam, alioqui si alii proprios aut æquè propinqui fuissent, nunquam B. Virgo nuptura fuisset Iacobi primogenito Iosepho suscitatoro Heli Nathanico in diversa familia.

157. Ita videmus domum David valde accisam fuisse, adeò ut subsisteret in Iosepho & D. Virgine, & in D. Virginis Sorore & Alphæo [qui duo generarunt quatuor filios & aliquot filias, fratres & sorores Domini] quos ne quis mireretur, & ne quis offendatur, posthabita Iudæa Galilæa Gentiū incoluisse, is cogitet persequutiones dom^o David & deletionē stirpis cū universo Sanhedrim

drim, ex Principibus Iuda collecto, & ab Herode ab-
olito.

158. Nihil dicam post exortum Christi de Bethle-
hemitis infanticidæ puerulos porrigentibus, Christo
in Galilæam jam reverso (uti doctè observavit Mercator)
stella simpliciter stante in loco ubi erat Christus
cum parentibus, non jam Bethlehem, sed Nazarethi,
quippe biennio post nativitatem, uti docet cædis
effectus & tempus apparentis stellæ.

159. Possemus hîc allegare historias veterum, sed
quia tum ex Iosepho, tum ex Philone, tum ex Seder O-
lam, tû ex Thalmuth nobilissimus Plessæus in stupendo
suo de veritate Christiana libro diligentissimè expref-
sit, cò Lectorem remittimus.

160. Illud unicum ex Iudæorum annalibus de-
promptum addimus, quod in Supplemento Seder O-
lam Zuttà de Marcanina Principe Academia scribi-
tur, eius tempore unam solam virginem restitisse, eam-
que gravidam, cæteroqui domum David universam de-
fecisse, quæ etsi mendaciter ad Marcaninam referun-
tur, tamen ostendunt, non solummodò ipsos Iudæos
cogi fateri domum Regiam Davidis tot ante seculis de-
fuisse, sed etiam modum pandere quasi pernebulam,
quomodo defecerit, nempe unâ solâ virgine reliquâ,
eâque gravidâ, ex qua nimirû genitus est Christus Iesus
Rex gloriæ, ab ipsis pudendis fabulis historia in-
voluta.

161. Cognationem Christi ulterius non extendi-
mus, quia non invenimus in Scriptura vel filios Zebe-
dæi

dæi, vel alios præterea fuisse cognatos aut fratres Domini, nec quidquam reliquorum quæ Theophylactus & alii licentiosè comminiscuntur, ut cum præfatione in Joannem tradit, Salomen fuisse filiam Joseph ex uxore priore, addens: *Erat (nèpe Joannes) insuper & agnatus Domini,* & cætera quæ sequuntur, quæ ne vestigium quidem veritatis habent in S. Literis,

162. Nam quòd mater filiorum Zebedæi cum Jacobo & Joanne petit, ut in regno Christi alter à dextris alter à sinistris ejus sedeat, factum est ratione apparitionis in monte, non autem postulatu cognationis proximæ: deinde quia filii tonitruï dicti erant, & simul cum Petro semper assumebantur à Domino. Itaq; attentè hæc considerantibus nulla ex antegressis cognationis apparebit ansa, non magis quàm in Petro Apostolorum primo ulla carnalis erat propinquitas. Atque haud seio an primarios testes Christi esse agnatos proximos decuerit, nec ne?

163. Nec illud quidquam evincit, quod Christus in cruce matrem Joanni commendavit, quippe quem dilexerat, & qui in sua eam recipere poterat, sine dubio jam tum demortuo Josepho. Charitatis enim id fuit, non sanguinis; ad majorem Evangelistæ gloriam.

164. Hastenus per Dei gratiam scopum propositi nostri consequuti videmur, cui appendicis loco tabel-

H

Tam

lā Genealogicā Christi & octo fines ejusdē cōsiderationis Genealogicę ex prælectionibus D. Chytræi in Matthæum subnectemus. Rogamus a. Patrē æternū Dn. N. Jesu Christi æterni Dei filii, primū ut cognitionē salutarē filii sui ab hostib⁹ oppressa toti mundo patefaciat, & populo ipsius rebelli instillet: deinde ut vim nativitatē & resurrectionis eius, ejusq; passionis & mortis, animis nostris sic imprimat, ut moriendo veteri homini p virtutem ipsius mortis, & resurgendo in novitatem vitæ per ipsius resurrectionem ipsi, quotidie magis ac magis reddamur conformes, donec mortalitate exuti, erimus ei similes in regno Dei & in die regenerationis corporum nostrorum, cui sit laus & benedictio in sēpiterna secula, Amen. Perscripsi Marpurgi in medio afflictionis pestiferæ, mortuo mihi octenni filiolo Ioanne, in ulnis Christi conquiescente. 26. Aug.

1607.



Arbor

ARBOR ORIGINIS ET COGNATIONIS
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,
 SECUNDUM CARNEM:

Per
 RAPHAELEM EGLINUM ICONIUM TIGURINUM, S. THE-
 ologiae Doctorem & Professore in inelytra Academia Marpurgensi.

AVCTOR
CRISTIANO
 LECTORI
 Sal.

ADAM
 Dei Protoplastus;
 Propagator generis humani.
 |
 ABRAHAM
 Pater Credentium:
 Princeps foederis Circumcisionis.

DAVID
 Semé Isai; primus Rex de tribu Juda:
 Vir secundum cor DEI.
Naturalis linea
Regia, secundum
Matthaeum: Descendens.
Legalis linea
privata, secundum
Lucam: Ascendens.

Qua Puer in luce sit natus origine CHRISTUS,
 Qua sit cognata progeniesq, Domus,
 Ista tabella refert. Sit nostra Palmingenesia
 Vt Domini Genesim, Lector amice, roga.



SALOMON Rex; Patris secundum
 promissionem praerogativae Regiae suc-
 cessor. 1. Par. 28. v. 5, & 29. v. 19.
 NATHAN pri-
 varus, absq; promissio-
 ne praerogativae Regiae.

ZOROBABEL Princeps: Phadaiz
 Principis filius: Salathielis Principis
 nepos. 1. par. 3. v. 19.
 ZOROBABEL
 privatus: privati Sala-
 thielis filius, non nepos.

ELEAZAR, abavus DOMINI. LEVI, avus Heli.

N. pater Elisabe—N. mater Elisabethæ
 thæ ex filiis Aarō. | ex tribu Regia.
 MATHAN, pro- N. pater Estha: quæ fuit uxor
 avus DOMINI. Heli & Jacobi agnatorum. MATHAT,
 pater Heli.

ZACHA—E L I S A. N. avus DOMINI, fra-
 RIAS Sa BETH; Co- ter Iacobi, quæ Ioa-
 cerdos; gnata Matris chim dixerunt. vide
 ex vice DOMINI ex Aug. contra Faust.
 Abia. filiaby Aaron. Man. lib. 3. cap. 9.
 IACOB, naturalis— ESTHA, vidua Heli, — Heli, legalis pa-
 pater Iosephi: quæ mater Iosephi & Al-
 fuscitavit demor- phæi: aphricano sic or maritus E-
 tuo agnato Heli dicta ex traditione, stha: mortuus
 ex eius vidua. Euf hist. eccl. 1. c. 7. absque liberis.


JOANNES BA- MARIA Ia- MARIA vir- JOSEPH faber, filius naturalis Iacobi, legalis He- ALPHÆUS; qui— MARIA Iaco-
 ptifles; Praecursor cobi Parvi, go, Mater Do- naturalis Iacobi, legalis He- secundum Syrum Iacobus. | bi Parvi: ma-
 DOMINI, Praeco foror Matris MINI ex qua natus est pater DOMINI. interpretem etiam tertera DOMI-
 Penitentia; nec DOMINI, natus est IACOBUS. NI. vide *
 nō Helias in Spi- Marc. 15. v. 40
 ritu: Sobrinus Ioan. 19. v. 25.
 Matris DOMINI. vide *

DN. N. IESUS IACOBUS Parvus: IO- SIMON Thad IUDAS Ia- So-
 CHRISTUS: Apostolus; vid. Gal. SES: dæus: Matt. 10. cobi: qui & ro-
 Θεάνθρωπος: 1. 19. item cap. 2. 9. & vide Mar. 3. qui & Ze Simon Ca-
 stirps & radix 12. Act. 12. 17. & cap. 10. 7. lotes: Luc. 6. & nanites: A-
 David: Verus 15. 13. 19. & 22. item ver. 3. Lebbeus. Matt. postolus: locis
 Messias: prom- cap. 27. 18. Iac. 1. v. 1. & 5. 10. Apostolus antè citatus.
 missus Patri- & Iudæ. v. 1. Act. 1. v. 13.
 bus: in quo be-
 nedicuntur om-
 nes Gentes.

Fratres & Sorores DOMINI: nempe consobrini &
 consobrinas.

MARPURGI CATTORUM,
 Ex officina Guolgangi Kezelii.

Anno 1668.



EX PRÆLECTIONIBUS
D. CHYTRÆI IN MAT-
THÆUM.

Genealogiæ Christi consideratio de multis utilibus materiis Lectorem admonet.

Primò, Quòd iste Iesus natus ex Virgine Maria, verè sit promissus Messias, quem nasci oportebat ex posteritate Abraham & Davidis, ut Gen. 12. 22. 2. Reg. 7. prædictum erat.

Secundò. Monet, ut promissiones & conciones de Christo Patribus factas diligenter repetam⁹, quæ Gen. 3. 12. 22. 49. Deut. 18. 2. Reg. 7. & passim in Psalmis & Prophetis illustratæ sunt, & cogitemus omnibus temporibus in Ecclesia idem Euangelium de Christo Redemptore sonuisse, propter quem omnes sancti remissionem peccatorum & vitam æternam consequuti sunt.

Tertiò. Docet quid sit Ecclesia Dei, videlicet solus ille cœtus, qui Euangelium de Christo cognoscit & fide amplectitur. Hujus Euangelii voce omnibus temporibus vera Ecclesia constituitur & propagatur.

Quartò. Docet semper in mundo immensa Dei bonitate Ecclesiam conservari. Nam in hac continua serie Patrum inde usq; ad Abraham per annos 1940 semper aliqui veræ de Deo doctrinæ custodes fuerunt, & sua voce promissiones de Christo illustrarunt.

Quintò. Cùm in Genealogia Christi mētio fiat Thamar, Rachab, Ruth mulierū Ethnicarum, discimus gentes quoq; ad societatem Ecclesiæ Dei pertinere.

Sextò.


Sextò. Ex peccatoribus nasci voluit Christus, ut ostenderet se vocare peccatores ad pœnitentiam & societatem suorum beneficiorum.


Septimò. Monet hic Catalogus, ut singulorum Patrum Politeumata, historiam vitæ, doctrinam de Deo, exempla virtutum & vitiorum consideremus, ut eorum testimoniis nos confirmemus, & virtutes pro nostra vocatione & virili parte imitari, vitia autem & lapsus vitare, Christo iuvante, possimus.


Octavò. Series temporum Mundi, quibus singuli Patres vixerunt, divinarum patefactionum, collectæ & instauratæ Ecclesiæ, mirandarum liberationum &c, cogitanda est.


*Patri, Spiritui sancto & tibi gloria IESV;
Qui Deus aternus verus & unus ovus.*


FINIS.














5
IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixissimus, nulla flagitat nec sitas: unico igitur: quicumque habitus philosophicus non est practica vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quae cadunt, illius quoque genus esse nequit. Atque Metaphysicus habitus Ergo. genus ejus prudentia esse nequit. Prudentia propria indoles, ut minoris ipsius, quae est mera theoretica seu speculativa. De arte ad movere ausi sunt, quibus opponimus hanc artem non competit definitio artis, illius genus ars esse metaphysicae non competit definitio Artis. Ergo. Major generis competit speciei generi subjectae, quia eodem est corpus animatum sensu praeditum. Minor est ars. Ars, inquit. Philosophus 6. Ethic. est habitus effectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanae mentis theor. transe. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus practicae, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habitus practicae: Foris species alicui competens genus illius speciei? quod ego non crediderim, homo sit & non animal. Hac ille. Artem contemplant Mart. part. Metaph. l. 1. q. 2. f. 1. & Scharf. theor. p. 20. proclamamus σιδυρόζυλον. Nec juvat eum, quam ex Luciano suo accurato illo definitore, quae quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. 1. art. 3. f. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

ca genus non est intelligentia.

ut non adeo sit apud Dd. Metaph. controversa brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta, hinc non possit esse genus Metaphysicae, quia rationes: ita nunc de intellectu dicimus, quod habitus constituere nequeat, quia praecise Principia instrumentum. Qui habitus in nudis acquiescit Principia esse nequit. At intelligentia talis est. Ergo. Major

A 3

major